CODICUM CASINENSIUM MANUSCRIPTORUM CATALOGUS

CURA ET STUDIO

MONACHORUM S. BENEDICTI

ARCHICOENOBII MONTIS CASINI

VOL. I. — Pars I.

(CODD. 1-100)

MONTIS CASINI

MCMXV

ROMAE - EX TYPOGRAPHIA PONTIFICIA INSTITUTI PII IX.

PROOEMIUM

CODICES omnes Casinenses descripturi operae pretium fore ac rem viris doctis gratam nonnulliusque utilitatis peragere confidimus.

Cumque vero normae, quas nobis in codicibus Casinensibus recensendis statuimus, a ratione declinent ac via, qua *Bibliothecae Casinensis* editores ducti, codices 1-358 descripserunt; ne ipsorum codicum alius alio modo describeretur, non tam opus laudatum prosequi quam ab initio resumere arbitrati sumus.

Recensio ergo nostra a primo codice ad ultimum usque sese extendet et voluminibus sex vel septem, in duas quodque partes divisum, absolvetur.

En primi voluminis pars prior quae codicum Casinensium 1-100 indicem praebet; alteram partem brevi tempore edituros speramus.

In codicibus autem describendis, de nonnullis, etiamsi in *Bibliotheca Casinensi* descriptis, productiore, ut res postulat, sermone, de aliis breviore utemur. Ne vero lector miretur an aliquando discrepantiam aliquam inter nostram ac *Bibliothecae* recensionem deprehendat, quod attinet ad

enumerationem paginarum codicum, velimus ipsum animadvertere rem ab eo procedere quod folia quaedam quae « *Compactiones* » vocantur, quondam in principio ac fine codicum assuta, ab iisdem codicibus nunc ablata et in unum iuxta materiam simul collecta, paginarum numerationem quodam modo perturbarunt. Insuper numeratio *Bibliothecae* ipsa aliquoties errata procedit. Illam nos servavimus recentiorem quae saepe saepius plumbo signata est ac non folia sed paginas enumerat.

His breviter dictis lectori normas seu leges declaramus quas in codicibus nostris recensendis ob oculos habuimus:

1. In primis numerus quo codex nunc signatus exstat, ac littera pluteum indicans ubi codex custoditur in Tabulario Casinensi, praeponuntur. Numeri antiquiores tum externi, tum interni si qui adsunt, in ea quae graece parenthesis includuntur. E. g. 12 H (ext. 12 et 50; int. 624).

2. Titulus breviter summam codicis declarans operum recensionem antecedit. E. g. **S. Augustini** sermones, **Ven. Bedae** opera nonnulla. In calce autem tertii voluminis et sexti aut septimi una cum indicibus peculiares appendices reperiuntur, titulos in se ferentes qui in tegumenti dorso codicum hodie leguntur.

3. Singula auctorum opera tertio loco hoc modo recensentur:

a) Opera singula numeris ordinalibus signantur, notatis paginis ubi in codice eadem reperiuntur. E. g. 1 (p. 2-179). **S. Augustini** De Trinitate lib. I-XV. 2 (p. 181-304). **S. Hilarii Pictav.** De Trinitate lib. I-XII.

b) Si inscriptiones operum in codice desideratae a nobis supplentur, inter angulatos uncos ⟨ ⟩ ponuntur. Quod etiam fit quoties titulum alium ac illum in codice signatum usurpamus. E. g. ⟨**Pseudo-Bedae** De diversis argumentis⟩. Signa vero ⟨ ⟩ omittimus cum ex contextu facile quis cognoscere potest titulos seu inscriptiones a nobis apposita esse.

c) Inscriptiones quae ab ipso codice desumuntur, litteris inclinatis, spatiis interiectis; prima vero et postrema verba iisdem litteris sine spatiis sunt impressa. E. g. *Sermo epiphanii de septem panibus.* Inc. *In illis inquit diebus.* Des. *in quo vocati sumus permaneamus repleti dono.*

d) Quoties diversorum auctorum opera recensenda sunt, recensio semper incipit in novo versu, si vero eiusdem auctoris, scriptionis cursus non interrumpitur.

e) Si opera, quae typis iam cognoscuntur a lectione nostra discrepant, initium finemque indicamus.

f) Editiones memoramus quas prae manibus habere potuimus.

4. Operibus recensitis, littera minutiore, codicis materia, eiusdem magnitudo, paginarum numerus, aetas ac characterum forma indicantur. Silentio autem non praetermittimus notitias de codicis presenti condicione, de eius scriptore ac possessore et alia huiusmodi notatu digna.

5. Postremo auctores nominantur qui de codicibus nostris tractarunt et ea opera quae codicum exhibent specimina scripturae quoad in nostram cognitionem venire potuerunt.

Signa quibus utimur:
[ ] Verba seu litterae a nobis addita.
( ) Verba recentiore manu conscripta.
//// Liturae seu rasurae.

In huius praefationis fine liceat nobis veniam petere pro mendis quae in nostro opere incurrere possint, quarum causa et nostris exiguis viribus et difficultati omnia habendi opera ad id necessaria, tribuenda est. Nobis tamen curae sit profiteri, totis viribus incubuisse ut hoc opus quam minus imperfectum evadere posset.

Montis Casini

XVIII Kal. Februarii MCMXV

D. Maurus Inguanez

Casinensis.

OPERA QUAE IN RECENSIONIBUS SAEPIUS NOMINANTUR

Acta SS. = *Acta Sanctorum quotquot orbe coluntur* etc., collegit... Ioannes Bollandus, etc.

Beth. = L. Bethmann in Pertz' *Archiv,* XII (1874).

Bibl. Casin. = *Bibliotheca Casinensis seu codicum manuscriptorum qui in tabulario Casinensi asservantur series,* M. Casini, vol. I-V, 1874-'94.

B. H. L. = *Bibliotheca hagiographica latina antiquae et mediae aetatis,* edid. *Socii Bollandiani,* Bruxelles, 1893-1901. *Suppl.* edit. altera, 1911.

Caillau = D. A. B. Caillau et D. B. Saint-Yves, *S. Aurelii Augustini operum suppl. I,* Parisiis, MDCCCXXXVI.

Car. = A. Caravita, *I codici e le arti a Montecassino,* Montecassino, vol. I-III, 1869-70.

C. S. E. L. = *Corpus Scriptorum ecclesiasticorum latinorum,* edit. consilio et impensis *Academiae Litterarum Caesareae Vindibonensis,* Vindibonae.

Dreves = I. M. Dreves, *Analecta Hymnica medii aevi,* Leipzig, 1886 sqq.

Flor. Casin. = *Florilegium Casinense* in *Bibl. Casin.*

Fraia = D. O. Fraia Frangipane, *S. Aurelii Augustini sermones X ex cod. Cassin. nunc primum editi,* Romae, 1819.

Gatt. *Hist.* = E. Gattula, *Historia Abbatiae Casinensis,* Venetiis, 1733.

Gatt. *Acc.* = E. Gattula, *Ad hist. Abb. Casin. accessiones,* Venetiis, 1734.

Loew, *The Ben. Script.* = E. A. Loew, *The Beneventan Script,* Oxford, 1914.

Loew, *Stud. Pal.* = E. A. Loew, *Studia Paleographica* in *Sitz. der philos hist. Kl. der Kgl. Bayr. Akad. der Wiss.,* 1910.

M. = J. P. Migne, *Patrologiae cursus completus,* Series latina, Paris, 1844-64.

M. G. H. = *Monumenta Germaniae historica* edidit *Societas aperiendis fontibus rerum Germanicarum medii aevi,* Berlin.

M. P. G. = J. P. Migne, *Patrologiae cursus completus,* Series graeca et orientalis, Paris, 1857-86.

Mai = A. Mai, *Patrum Nova Bibliotheca,* vol. I-VI, Romae, 1852-3.

Mansi = I. D. Mansi, *Sacrorum Conciliorum Nova Collectio,* Florentiae, 1759 sqq.

Min. Cas. = O. Piscicelli Taeggi, *Le miniature nei Codici Cassinesi,* Montecassino, 1888 sq.

MONTF.	=	B. DE MONTFAUCON, *Bibliotheca Bibliothecarum Nova,* tom. I, Parisiis, MDCCXXXIX.
N. Ar.	=	*Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde,* Hannover.
Pal.Cas.Lat.	=	O. PISCICELLI TAEGGI, *Paleografia artistica di Montecassino — La scrittura Latina.* — Montecassino, 1884.
Pal.Cas.Long.	=	O. PISCICELLI TAEGGI, *Paleografia artistica di Montecassino — La scrittura Longobardo-Cassinese.* — Montecassino, 1877.
REIFF.	=	A. REIFFERSCHEID, *Bibliotheca Patrum Latinorum Italica,* 2 vol., Wien, 1865-71.
Rev. Bénéd.	=	*Revue Bénédictine,* Abbaye de Maredsous.
TOSTI	=	L. TOSTI, *Storia della Badia di Montecassino,* Roma, 1888-'90.

1 TT (ext. 1; int. 663).

Pseudo-Isidori Decretales et alia.

(p. 3-128). Epistolae Romanorum Pontificum a *Clemente* usque ad *Melchiadem*. (Cf. Hinschius, *Decretales Pseudo-Isidorianae*, Lipsiae, 1863, p. 30-247, et p. LXV-LXVI ubi codex describitur et classi A/B tribuitur). Praecedunt: [1] (p. 1) epis. Aurelii ad Damasum et rescriptum Damasi ad eundem (ed. cit., p. 20-21); [2] (p. 1-3) tabula decretorum et conciliorum: *I Canones apostolorum — XCV Synodus toletana LXVIII episcoporum* (ed. cit., p. 25-27, et p. LXV. Cf. et *Bibl. Casin.* I, p. 2-4). — (p. 129-131). Tabula secunda Decretalium et aliarum rerum quae in cod. leguntur quae tamen ad collectionem Ps.-Isidor. non pertinent. *I Primum excerpta quędam ex synodalibus gestis sancti silvestri papę capitula posuimus — CLXVIIII. Gesta synodalia quę in urbe regia a pontificibus tempore recessvinti regis acta fuerunt.* Et sequitur sub num. 170-177 nonnullarum epistolarum Leonis index, quem in Tabula amanuensis omisit: *CLXX Cuius supra ad aquilegensem episcopum — CLXXVII Cuius supra ad anatholium episcopum per nectarium agentem in rebus* (Cf. Hinschius, ed. cit., p. 445-448, p. LXV-LXVI, et *Bibl. Casin.*, ib., p. 8-13). Sequuntur (p. 131-402) Decretales Romanorum Pontificum a *Silvestro* usque ad *Gregorium* (Cf. Hinschius, ed. cit., p. 449-754 et p. LXV-LXVI ubi de ordine et omissione nonnullorum decretorum in hoc cod. tractat).

Adduntur: [1] (p. 402-408). **Angilramni** capitula (in ms. *Ex Grecis et Latinis canonibus et Synodis Romanis atque decretis presulum ac principum romanorum hęc capitula sparsim collecta sunt et Angilramno Medio Matricę urbis episcopo Romę a beato papa Adriano tra-*

dita sub die XIII Kalendarum octobrium. Indictione nona quando pro sui negotii causa agebatur. Hinschius, ed. cit., p. 757-769). — [2] (p. 408-409). *Disputatio imperatoris constantii et liberii romani pontificis* (Cf. M. 8, 1360-1365. Inc. *Constantius imperator dixit. Nos ex eo quod christianus sis.* Des. *nihil accipiens missus exilio est*). — [3] (p. 409-429). *Incipiunt nonnullę sanctiones sparsim collectę actionis primę Sancti et Magni calcedonensis concilii* (Inc. *Cum in dei nomine.* Des. *cras hoc perfectius disponatur. Contuli die altero a Kalendis aprilis. Finit actio undecima.* Mansi, VI, 563 sqq. et VII, 271. Cf. *Bibl. Casin.*, ib., p. 37-43). — [4] (p. 429-431). *Ex constantinopolitana .VI. synodo quę secuntur. sumpta sunt.* Inc. *Nam conleditur fides parentum... Et alibi. Prędvidimus hunc de sede sua surgere.* Des. *hi duo libri membranacii libri sancti quinti concilii sunt. et reliqua.* (Mansi, XI, 347 sqq. Cf. *Bibl. Casin.*, ib., p. 43). — [5] (p. 431-432). Cassiodori Histor. tripar. lib. XII capp. VIII, X-XI, paucis omissis. (M. 69, 1208-1210, 1211-1212. Inc. *Quidam episcopi dicebant ecclesiasticam regulam prohibere — causę ecclesiasticę quieverunt. Maximianus igitur cum duos annos — post hoc perditione barbarorum.* Praemittitur in ms. titulus: *Ex libro XII°. Historię ecclesiasticę quę tripartita vocatur. cap. XVIII. et XI. Sumpta sunt hęc).* — [6] (p. 433). Pelagii II epistulae pars (Inc. *Quod enim in canonibus.* Des. *ab ecclesia pellatur.* Hinschius, ed. cit., p. 726, lin. 8 — 727, lin. 3). — [7] (p. 433-434). Chronica regum Visigothorum (*Bibl. Casin.*, ib., p. 44 ex hoc cod. Cf. et Cardinalis de Aguirre, *Coll. Conc. Hisp.*, Romae, 1694, tom. II, p. 189). — [8] (p. 434). *Quę secuntur ex epistolis Beati gregorii papę per diversa loca sunt excerpta ex epistolis Gregorii papę Secundino servo dei Recluso directa.* Inc. *In extremum epistolę.* Des. *multiplicius percipienda pertingat.* (M. 77, 989, lin. 8 ab imo — 990, lin. 13 ab imo). — [9] (p. 434-440). *Sequuntur epistolarum verba de diversis locis sunt excerpta prolixitatem vero vitantes capita epistolarum non pręnotavimus.* Sunt alia excerpta ex epistulis S. Gregorii M. (Cf. *Bibl. Casin.*, ib., p. 44-46). — [10] (p. 440-441). *Incipit epistola Pape Hispalensis Urbis episcopus ad Laudofredum Cordovensem episcopum.* Inc. *Perlectis sanctitatis tuę litteris.* Des. *et in sacrario preparatio sacrificii* (Mansi, X, 1232). —

[11] (p. 441-443). *Incipit epistola Isidori episcopi ad masonem episcopum de restauratione Sacerdotis* (M. 83, 899, ep. IV). — [12] (p. 443). *Incipit de Matrimonii Ratione.* Sunt excerpta ex Hieron. et aliis. Habentur tituli: *De uxore quę habenda sit. — De Secundis nuptiis non prohibendis propter cautionem adulterii. — De Legitimis coniugiis. — De quarto coniugio noto. — De eo quod cavendum sit adulterium etiam in legitimis coniugiis. — De temporibus in quibus se continere debent a matrimonio. — De viris et feminis in coniugium non recipiendis* (*Bibl. Casin.*, ib., p. 46-47 et pro titulo penultimo cf. etiam Mansi, XII, 140). — [13] (p. 443-447). S. Isidori Hispal. Etymol. lib. VIII, capp. V et VI. (M. 82, 298-308. In ms. pro cap. V, titulus habetur: *Incipit epistola de nominibus hereticorum qui unitatem ecclesię turbaverunt. Sancti Isidori*). — [14] (p. 447-448). Concilii Toletani XI capp. I et X (Hinschius, ed. cit., pp. 407, 410. In ms. legitur titulus cap. X tt.: *Ut omnes pontifices rectoresque gloriarum terrarum quod* (in tit. in tabula praemisso: *rectoresque ecclesiarum quando*) *ordinandi sunt sub cautione promittant quam iustissime vivere debeant.*

Membr., mm. 405 × 295, pp. 450. Litteris Benev., saec. XI, duplici columna duobus librariis (I, p. 1-128; II, p. 129-448) descriptus, titulos minio exaratos exhibet. Initialium litterarum aliae rubro, viride, caeruleo ac flavo colore sunt depictae, aliae vero minio tt. exaratae. Maiuscularum pars coloribus distincta. P. 131 S. Silvestri Pp. imago cum parva tonsura et nimbo, coloribus exornata conspicitur. Summus Pontifex sedet in faldistorio, dextera benedicit, sinistra vero manu librum tenet ac pedibus tres haereticos, Arium videlicet, Photinum atque Sabellium conculcat. Tituli decretorum passim in summo foliorum margine dantur et nonnullae in marginibus notae et correctiones occurrunt coaevae ac posterioris manus. In margine infer. p. 448 nomina quaedam et pp. 449-450, quas vacuas amanuensis reliquit, alia nonnulla leguntur (Cf. *Bibl. Casin.*, I, p. 47-48). In margine infer. p. 1 manus saec. XVI scripsit: *Breves epistole ad Clementes* (sic) *usque ad Gregorium.* Superiores marginum exteriorum partes priorum nonaginta foliorum a tineis perforatae sunt. — Cf. Montf., I, 220; Hinschius, l. c.; Car., I, 179, 284; II, 90; Beth., XII, 498; Loew, *The Benev. Script*, 214, 341. — Specimen scripturaę in *Bibl. Casin.*, I, tab. I.

2 TT (int. 795).

Concilii Ephesini I, Synodicon et Concilii Chalcedonensis acta latine.

1 (p. 1-96). ‹Acta Concilii primi Ephesini latina›. Inc. cum rubrica: *In nomine domini nostri iesu christi. Incipit translatio primi ephes.* (sic) *concilii contra prava dogmata nestorii alme cons*[*tanti*]*no*[*po*]*li ecclesie. Lege feliciter. Incipit epistola Beati cyrilli ad monachos.* [*C*]*irillus presbiteris et diaconibus... Venerunt quidem aliqui eorum.* Des. *Domino meo dilectissimo fratri et coministro acacio. Cyrillus in domino salutem. Causa quidem dulcis... saluta que apud te... salutat Emendavi et distinxi interpretationem sancte synodi deo gratias.* (Mansi, V, 477-686). In ms. cap. XXIV edit. legitur post cap. XXV et postea sequitur (p. 27) Epistolae imperatorum Theodosii et Valentiniani ad Conc. Ephesinum perantiqua versio diversa ab illa a Mansi (IV, 1118), edita (*Flor. Casin.*, I, p. 5-6 ex hoc cod.).

2 (p. 96-277). ‹Synodicon adversus tragoediam Irenaei› Statim post Acta Concilii Ephesini et absque ullo titulo inc. cum *Epistola sancti iohannis archiepiscopi antyocie ad orientales episcopos... Optinuit pietas et omnis diaboli abscedat invidia.* Des. *Similiter ex antiquo acoemetensis codice transtuli que ita prenotatur confessio fidei Acacii episcopi Beroe. Credo in unum deum qui in tribus personis... absque initio vero secundum deitatem. Hec sicut memeipsum habens ita conscripsi* (Mansi, V, 743-1014). Notanda: [1] (p. 99-110). Legitur Isidori Pelusiotae quadraginta novem epistolarum antiqua e graeco translatio diversa ab edita (Cf. R. Aigrain, *Quarante-neuf lettres de S. Isidore de Péluse,* édition critique de l'ancienne version latine contenue dans deux manuscrits du concile d'Ephèse (in cod. nostro et in Vat. 1319), Paris, 1911. Triginta sex epistolarum istarum translatio primum lucem aspexit in *Flor. Casin.,* ib., p. 7-24 ex hoc cod., ubi etiam datur versio edita in *Maxima Bibl. Patrum,* Lugduni, 1677, t. VII). — [2] (pp. 115-123, 125-129). Nonnulla leguntur documenta quae ad Conciliabulum Ephesinum spectant (Cf. Mansi, V, 773; *Flor. Casin.,* ib., p. 24-41 ex hoc cod.). — [3] (p. 264). Munerum series a Cyrillo missorum sub titulo: *breve directorum hinc his qui illic sunt a domno meo sanctissimo fratre vestro cyrillo* (*Flor. Casin.,* ib., p. 46-47 ex hoc cod.).

3 (p. 279-474). <Documenta ad Concilium Chalcedonense spectantia.> Ponitur primo loco series 35 capitulorum cum titulo: *Hec sunt que premissa sunt gesta concilii calchedonensis. I. Rescriptum de fide factum manu propria flaviani archiepiscopi constantinopolitani datum ab eo presenti imperatori. – XXXV. Similiter exemplar imperialium litterarum qui nicea missa sunt* (sic) *sancto concilio dum adhuc piissimus imperator in traciam resideret ut deberet indifferentes calchedona migrare.* Sequuntur ea quae ante gesta Concilii praemissa sunt (Mansi, VII, 675-679). — (p. 299). *Expliciunt que ante gesta premissa sunt. Nunc incipiunt gesta prima concilii Calcedonensis. Consulatu domini nostri Marciani piissimi augusti.* Des. *Incipit exemplar iulii episcopi urbis rome ut asserunt eutichis scripta ad dionisium episcopum cuius sensu ductus ipse eutichis decidit in errorem. Miror audiens... ignorantes divisionem unius persone* (Mansi, VI, 539-1100; VII, 2-322; V, 1014-1017. Loca in Mansi accurate indicata sunt in *Bibl. Casin.*, I, p. 49-84). Leguntur (p. 280, 377, 425, 430, 461) monumenta quae ad Concilium Chalcedonense spectant, diversa ab editis (*Flor. Casin.*, ib., p. 48-56 ex hoc cod.).

Membr., mm. 370 × 255, pp. 474. Littera Carolina, saec. XII, binis columnis variis librariis exaratus, codex titulos et initiales litteras minio exscripta habet. P. 1. in margine super. legitur: *Liber epistolarum Cirilli et aliorum,* in illo vero infer. recentioris manus iterum legitur: *Epistole Cirilli et aliorum Contra Nestorium et alios ereticos.* Pp. 122, 278, vacuae. Quanti pretii sit codex hic, quem Mansi rarum appellavit saepeque variantes eius dedit, et ex quo plura Christianus Lupus in septimo eius operum tomo (Venetiis, 1726) edidit, quibus et casibus fuerit exagitatus editores *Bibl. Casin.*, (II, p. XXI-XXII, p. 49) iam notarunt. Conlatio totius codicis cum Mansi editione an. 1871 D. Anselmus Caplet Casinas peregit, quae manuscripta servatur in Archiv. Casin. Codicem integrum E. Schwartz pro nova Conc. editione luce garphice a. 1912 impressit. — Cf. Mab., I, 121; Montf., I, 220; Mansi, V, 466 sqq., 731-732; Maasen, *Bibl. Lat. Iuris Canon. Manuscripta,* Wien, 1866. Erster Theil, 384-385; Car., I, 310; Beth., XII, 498; *Bibl. Casin.*, l. c.; Tosti, II, 338-339; R. Aigrain, op. c.; E. Schwartz, *Konzil Studien* in *Schriften der Wissen. Gesells. in Strazburg,* 20 Heft, 1914. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, I, tab. II et R. Aigrain, op. c.

3 KK (ext. 3; int. 655).

Alcuini opera nonnulla, astronomica et alia complura.

1 (p. 1-11). Astronomica complura (*Flor. Casin.*, I, p. 57-65 ex hoc cod.).

2. B. **Alcuini** opera nonnulla. [1] (p. 12-83). ‹ De fide S. Trinitatis lib. I-III ›, praemissis epistola nuncupatoria et capitulis quae apud Migne extant impressa, et postpositis Invocatione ad SS. Trinitatem et Fidei symbolum (M. 101, 11-58. Des. *omnium sanctorum beatitudo et gloria*). — [2] (p. 83-90). Quaestiones I-XXVIII de Trinitate (M. ib., 59-64. In ms., omisso titulo inc. cum I interrogatione). — [3] (p. 90-109). Liber de animae ratione (M. ib., 639-650. In ms. titulus pariter desideratur. Des. *Fulgeat in meritis sic pia virgo sacris*).

3 (p. 109-114). De sex aetatibus mundi (*Flor. Casin.*, ib., p. 65-69 ex hoc cod. in quo legitur titulus *De ętes* (sic) *mundi*. Cf. et inter opera Hieron. et Bedae. M. 29, 915-918; 94, 1173-1177).

4 (p. 114-130). Astronomica plura (*Flor. Casin.*, ib., p. 69-76 ex hoc cod.), inter quae leguntur: [1] (p. 118). *De Eclypsin solis.* Inc. *Eclypsin solis facta est quasi hora nona anno incarnationis dominicę septingentesimo sexagesimo octabo.* Des. *Item anno dominicę incarnationis septingentesimo octogesimo septimo... die dominico* (Cf. *Art de vérifier les dates.* Chronol. des Eclipses, p. 66). — [2] (p. 126-127) ‹ Alcuini De saltu lunae problema secundum › (M. 101, 989-990); — [3] (p. 128-129). ‹ **Pseudo-Bedae** De diversis argumentis ›. (M. 90, 724-725).

5 (p. 131-140). ‹ **Pseudo-Bedae** Decennovenales circuli a n. 19 usque ad n. 28 ›. (Cf. M. 90, 832-835). In margine harum Tabularum notae historicae occurrunt ab altera manu additae, quas leges in *Bibl. Casin.*, I, p. 92-93.

6 ‹ **Pseudo-Bedae** ›: [1] (p. 141-143). Tabulae quae in Computo de Embolismorum ratione inveniuntur (*Flor. Casin.*, ib., p. 77-79 ex hoc cod.). — [2] (p. 144-147). *De ratione calculi* (M. 90, 677-680). Tabula numerica tt. in cod. habetur in quo calculus usque ad unitatis fractiones non progreditur, et relicto sedecuplo, ad 19, 28 et 30 transit.

7 (p. 148) Absque titulo Oratio Dominica carmine concinnata legitur (*Flor. Casin.,* ib., p. 80 ex hoc cod.).

8 (p. 148-153). Nonnulla astronomica (*Flor. Casin.*, ib., p. 80-83 ex hoc cod.).

9 (p. 153-156). *Incipit calculatio quomodo repperi possit quota feria singulis annis XIIII luna pasche occurrat.* (Inc. *Primo anno circuli.* M. 90, 710, lin. 19-711, lin. 16. Inter Ven. Bedae opera spuria).

10 (p. 155-165). Astronomica complura (*Flor. Casin.*, ib., p. 83-89 ex hoc cod.), inter quae (p. 158) *Versus de eadem re* i. e. de termino paschali inveniendo (Cf. M. 90, 708 inter Ven. Bedae opera spuria et dubia).

11 (p. 166-167). *De computu vel loquella digitorum,* praefatione omissa (*Flor. Casin.,* ib., p. 90-91 ex hoc cod. Cf. et M. 90, 689 sqq. inter Pseudo-Bedae opera).

12 (p. 168-171). Versus nonnulli: [1] *Versus de singulis mensibus.* Ausonii versus. Des. *Umbrifer est mensis tumque december adest* (Riese A., *Anthologia latina*, Fas. II, n. 639, Lipsiae 1870, et *Flor. Casin.*, ib., p. 91 ex hoc cod.). — [2] *Item versus de numero dierum mensium singulorum.* Inc. *Dira patet iani romanis ianua bellis. Unde decimber amate geniali hiemps* (sic). Des. *Aret tota solis species vi dura nepai* (Riese A., op. cit., Fas. I, n. 394, Lipsiae 1869, et *Flor. Casin.*, ib., p. 91 ex hoc cod.). — [3] *Detrastikon autenticum de singulis mensibus* (Riese A., ib., n. 395 et *Flor. Casin.*, ib., p. 91-92 ex hoc cod.). — [4] *Versus de duodecim signis.* Inter V. Bedae carmina dubia (M. 94, 637; *Flor. Casin.*, ib., p. 93 ex hoc cod.). — [5] *Item versus de duodecim signis.* In cap. XVI De temporum ratione Bedae (M. 90, 358). — [6] *Versus ciclus anniversalis* (sic). Extant inter V. Bedae opera spuria et dubia (M. 90, 860).

13 (p. 172-176). *Incipit de ortu et obitu Patrum* (*Flor. Casin.,* ib., p. 93-96 ex hoc cod. Cf. et M. 29, 915; 94, 1173 inter Hieronymi et Bedae opera).

14 (p. 177-192). ‹ **Pseudo-Bedae** libellus De signis caeli › (Cf. M. 90, 945-948. Inc. *Helix arc////turus maior.* Des. *eo quod contrarius sit cani*). Descriptiones signorum figurae comitantur artificiose et nitide delineatae. Libello praedicto pauca subiciuntur: (p. 193). *De quinque stellis que dicuntur planete nec non et errantie*

eo quod proprium motum habeant (*Flor. Casin.*, ib., p. 96 ex hoc cod.).

15 (p. 194). Pauca sub titulis: [1] *Plinius secundus in libro XIIII cum de astrologia disputasset, de his duabus stellis ita disserunt* (sic). — [2] *Item eiusdem paulo ante in eodem libro.* — [3] *De cursu solis et lunae per signa* (*Flor. Casin.*, ib., p. 96 ex hoc cod. Cf. *Plinii Secundi Natur. Hist.* edit. a C. Mayhoff, Lipsiae, 1892, vol. III, lib. XVIII, p. 241.[353] ib., p. 221.[280]). Nonnulla astronomica quae in hoc cod. habentur et quae in *Flor. Casin.*, edita sunt et in cod. Vat. Lat. 645 leguntur, ff. 38, 39, 45 *v*, 54 *v*, 55, 69, 72, 72 *v*, 77 *v*. (Cf. M. Vattasso et P. Franchi de' Cavalieri, *Cod. Vatic. Latini*, tom. I, Romae, 1902).

Membr., mm. 310 × 210, pp. 194. Littera Benev. saec. IX (an. 874-892. Cf. Loew, *The Benev. Script.*, p. 314), partim duplici columna, partim integra pagina nitide conscriptus, titulos oncialibus, capitalibus et Beneventanis litteris minio exaratos codex habet. Initiales litterae auro et rubro, flavo ac viride colore exornantur. Folia priora a tineis perforata non tamen pessumdata. P. 17 litteris Carolinis manu posteriori epistola Desiderii abbatis ad Petrum Damianum pluries edita (Cf. *Bibl. Casin.*, I, p. 87) legitur. Epistolam septem versus eiusdem manus scripti nunc vero abrasi praecedunt. P. 1 in margine infer. titulum recentior manus adiecit: *Alquinus de Trinitate.* In margine exter. p. 194 quaedam nomina occurrunt (Cf. *Bibl. Casin.*, ib., p. 96). — Cf. Montf., I, 217, 220; Car., I, 29-30, 42; II, 17; Beth., XII, 498; *Bibl. Casin.*, I, XXXIV; Thiele, *Antike Himmelsbilder*, 161; Rod., 326, 330; Loew, *Die ältesten Kalendarien aus Monte Cassino*, 8; Reusens, *Élements de paleog.*, 64; Thompson, *Handbook of Gr. and Latin Pal.*, 220 et *Introduction to Greek and Latin Paleography*, Oxford, 1912, p. 348, 350; Loew, *The Benev. Script*, 124, 179, 200, 208, 216, 243, 247, 275, 290, 296, 314, 341. — Specimina scripturae in *Pal. Cass. Long.*, tab. XXXVI, XXXVII; *Bibl. Casin.*, I, tab. II; Thompson, op. cit., tab. 120; Loew, *Script. Benev.*, tab. 24.

4 KK (ext. 4 et 45).

S. Ambrosii opera nonnulla.

1 (p. 1-110). S. Ambrosii de fide ad Gratianum lib. I (p. 1-19); lib. II (p. 20-37); lib. III (p. 37-56); lib. IV (p. 56-77); lib. V (p. 77-110. — M. 16, 549-726. Pro capitulis quae in textu inveniuntur Cf. G. Mercati, *Le titulationes nelle opere dogmatiche di S. Ambrogio,*

Milano, 1897, p. 24-25). **2** (p. 110-111). Libellus fidei sive lib. IX de Trinitate Vigilii Tapsensis (M. 62, 287-288 et *Bibl. Casin.,* I, p. 102). In ms. *Incipit libellus fidei eiusdem* (i. e. *S. Ambrosii*). **3.** S. Ambrosii de spiritu sancto lib. I (p. 111-137. In ms. *Explicit liber sextus*); lib. II (p. 137-160. In ms. *Incipit liber septimus de spiritu sancto*); liber III (p. 160-186. In ms. *Explicit liber octabus.* — M. ib., 731-850). Singulis libris capitula praeeunt (G. Mercati, op. cit., p. 13-18). **4** (p. 186-205). S. Ambrosii de incarnatione (M. ib., 852-884. In ms. *Incipit liber nonus*). **5** (p. 205-207). Absque titulo inc. *Unum deum sentite.* Des. *a morte secunda evadamus. Finit. Explicit de deitate hunitate.* (*Bibl. Casin.*, I, p. 107-108). **6** (p. 207). Absque titulo inc. *Unus deus pzter verbi vibentis.* Des. *immutabilis eadem trinitas semper. Finit. Explicit liber sancti ambrosii amen.* (*Bibl. Casin.*, ib., p. 108 ex hoc cod. Cf. M. P. G. 10, 983 inter opp. S. Gregorii Thaumaturgi; Pitra, *Anal. Sacra*, IV, p. 345).

Membr., mm. 375 × 270, pp. 462. Litteris Visigothicis saec. IX, columna duplici exaratus. Tituli rubri. Inter marginales notas, paucae Arabica lingua sunt conscriptae (p. 13, 46, 72, 193). Cf. *Bibl. Casin.*, I, p. 97 sqq. ubi nota marginalis quae p. 189 charac. Benev. notatu digna legitur, refertur). Nonnullas variantes lectiones huius codicis, qui et an. 1873 integer a Goldbacher collatus fuit, in *Bibl. Casin.* (I, p. 98-108) invenies. Iam antea a D. Octavio Fraja Frangipane, praefecto Casin. Archivi collatus fuerat uti ex ipsius adnotationibus in codicis marginibus et ex nota sequenti in charta custodiae in fine cod. patet: *È stato collazionato questo Codice colla edizione dei PP. di S. Mauro 1843.* P. 207 calami probationes. — Cf. Montf., I, 220; Car., I, 20, 21; Reiff., II, 309; Tosti, I, 374; G. Mercati, op. c.; Rod., 321; G. Mercati, *Due supposte spogliazioni della Bibl. di M. Cassino* in *Miscellanea di studi in onore di Attilio Hortis,* Trieste, 1910, 980; Loew, *Stud. Pal.*, 58, 86; Loew, *The Benev. Script*, 107, 109, 110, 170, 259, 341. — Specimen characterum in *Bibl. Casin.*, I, tab. IV; Loew, *Stud. Pal.*, tab. 3.

5 B (ext. 5 et 53; int. 203).

S. Ambrosii Expositio evangelii secundum Lucam.

1. Ambrosii expositioni praeponuntur: [1] (p. II) Series titulorum *I Fuit in diebus herodis regis sacerdos quidam nomine zacharias.* —

XLV Passio domini. Sepultura. Resurrectio. — [2] (p. III-VIII). *Indicia vel Capitula lectionum Evangelii secundum lucam. I Prephatione lucas theophilo. Evangelium indicat per ordinem descriptum. — XCIII Colloquentibus discipulis astans. in medio dixit pax vobis... ascendit in cęlum.* — [3] (p. VIII). Praecedente titulo minio exarato *quedam interiacentia in evangelio eodem secundum lucam*, inc. $\overset{c}{L}\ \overset{CLX.}{V.}$ *Ignem veni mettere.* Des. $\overset{c}{L}\ \overset{CLXIII.}{X.}$ *Aderant autem quidam ipso in tempore. Nuntiantes.* — (p. 1-519). *Expositio Beati Ambrosii episcopi. in evangelii libro secundum lucam.* (p. 1-37) lib. I prologo praecedente (M. 15, 1607-1632); (p. 37-113) lib. II (M. ib., 1633-1672); (p. 114-158) lib. III (M. ib., 1671-1696); (p. 159-198) lib. IIII (M. ib., 1695-1720); (p. 199-304) lib. V (M. ib., 1719-1786; in ed. lib. V et VI); (p. 304-409) lib. VI (M. ib., 1785-1856); (p. 409-455) lib. VII (M. ib., 1855-1886); (p. 455-468) lib. VIII (M. ib., 1885-1896); (p. 469-529) lib. VIIII (M. ib., 1895-1944). Singulis libris, primo excepto, capitula sunt praefixa. Lib. II (p. 37). *I Ubi mater domini ab angelo salutatur. VII De symeone et anna.* Lib. III (p. 113). *I Eo quod dominus filius ioseph putaretur. X. Qualiter computentur XIIII generationes. a iechonia. usque ad ioseph. cum scribantur XII tantum.* Lib. IIII (p. 159). *I De baptismo domini. VI. Ubi dicit dominus petro. duc in altum. et laxate retia vestra. et de statere in ore piscis.* Lib. V (p. 198). *I De leproso. XVIIII. De eo quod dixit dominus quid me dicunt homines.* Lib. VI (p. 304). *I Discretis in quibusdam visionis. et gustus mortis. XXI. De villico iniquitatis.* Lib. VII (p. 409). *I Omnis lex et prophetę usque ad iohannem. XII De decem minis.* Lib. VIII (p. 455). *I De asina et pullo eius. VI. De muliere interrogatur dominus quę septem fratres nubsit. cuius erit in resurrectione.* Lib. VIIII (p. 468). *I Iudeos interrogat dominus cuius sit filius christus. VII. De signis. solis. lune et stellarum. et de passione domini.*

2 (p. 529-530). *Prefatio in evangelium sęcundum iohannem.* Inc. *Hic est iohannes evangelista.* Des. *doctrina servetur* (Est V. Bedae. M. 92, 633-636).

3 (p. 530). *Interpretatio nominum hebrei* (sic). Inc. *Aenom. idest oculus sive fons eorum.* Des. *Siloa. missus. finit.* (*Bibl. Casin.*, I, p. 117).

Membr., mm. 360 × 250, pp. 542. Saec. XI (a. 1011-22, vide infra), binis columnis, scriptura Carolina (a p. 1-18) et littera Beneventana (a p. 18-

531) codex non una manu exaratus, titulos rubros et litteras initiales coloribus variis manu posteriori ornatas exhibet. Quinque priora folia, littera Beneventana minutiori conscripta, nunc romanis numeris signata, enumeratione carebant. Pp. IX, X vacuae sunt. Pp. 530 et 531 *Prologus scriptoris*. *Christe qui sedis, summe in arce. Iohannes subdiaconus, qui tertia pars de me scripsit* etc. et nonnulla alia leguntur quae inter versus: *Quod tibi nunc supplex Atenolfus optulit abbas* (Atenolfus regimen Casin. monasterii tenuit a. 1011-22. Cf. *Bibl. Casin.*, I, p. 117-118; Loew, *The Benev. Script.*, 328-9). — Cf. Montf., I, 220; Car., I, 157, 178; II, 63; Reiff., II, 311; Loew, *Stud. Pal.*, 46; Loew, *The Benev. Script*, 50, 90, 112, 198, 199, 212, 214, 219, 260, 307, 328, 341. — Specimina scripturae in *Pal. Cass. Lat.*, tab. XLII; *Bibl. Casin.*, I, tab. III; Loew, *Script. Beneven.*, tab. 58.

6 RR (ext. 6 et 104; int. 630).

Anastasii Bibliothecarii Historia ecclesiastica.

Concordat adamussim cum edit. in *Hist. Byzant. Script.*, Venetiis, MDCCXXIX, tom., XIX, p. 1-102, pro qua editione cod. noster conlatus fuit. (In Mignei Patr. Graeca: voll. 108, 1187-1190; 100, 1001-1059; 108, 1191-1428).

Membr., mm. 340 × 260, pp. 300. Binis columnis, littera Benev., tempore Desiderii Cas. abb. (1058-1087) cod. est exaratus. Notae, charac. Benev. eiusdem aevi et fortasse eadem manu quae textum descripsit conscriptae, passim inter lineas et in marginibus leguntur. Et aliae recentioris manus in marginibus reperiuntur. Tituli rubri. — Cf. *Hist. Byzant. Script.*, vol. cit.; Montf., I, 217, 220; Car., I, 282; Loew, *The Benev. Script*, 341. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, I, tab. IV.

7 Z (ext. 7 et 42; int. 1022).

Guidonis de Bayso Bononiensis Archidiaconi Lectio super Decretum Gratiani.

(p. 1-242). Super I partem; (p. 243-731) super II partem; (p. 731-782) super III partem Decreti. Cf. edit. De Ferrariis alias de Iolitis, Tridini, 1523). Nonnulla in cod. desiderantur praesertim in secunda parte, post. p. 668. Passim in marginibus breves glossae eiusdem aevi sed manu diversa conscriptae occurrunt.

Membr., mm. 390 × 255, pp. 788. Gothico charactere saec. XIV, binis columnis cod. est exaratus. P. 1 litteris initialibus et imaginibus quae undequaque margines decorant ornatur (Cf. *Bibl. Casin.*, I, p. 125). Pp. 243 et 669 litteram initialem exhibent. Aliae initiales sunt rubro caeruleo et violaceo colore depictae lineolisque rubris polite exornatae. Pp. 690, 793 vacuae. P. 787 versus leguntur: *Suscipe completi laudes o christe laboris* et contractus quatuor, inter quos unus ad emptionem huius codicis (an. 1339, iun. 17) refertur (Cf. *Bibl. Casin.*, I, p. 127-128). Maiusculae rubro ac caeruleo colore alterne pictae. — Cf. Montf., I, 220; Car., I, 366, 370; II, 281. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, I, tab. IV.

8 VV (ext. 8 et 292).

Aristotelis opera complura latine.

1 (p. 1-182). *Physicorum* lib. I-VIII. Inc. acephalus cod. *esse. illo autem modo non homo namque ab equo alterum.* Des. *nullam habens magnitudinem. Laudetur deus ab omnibus et in omnibus. Amen* (Cf. M. Jourdain, *Recherches critiques sur l'âge et sur l'origine des traductions latines d'Aristote,* Paris, 1819, p. 453, spec. VII). P. 183, manu altera conscripta, occurrit quaedam quaestio quae inc. *Queritur cum in oculo sint tres tunice et tres humores*, et des. *et consolidatur cum ipso et situs utriusque oculorum.* **2** (p. 185-260). *De anima* lib. I-III. Inc. *Bonorum honorabilium notitiam opinantes magis autem altera alteram.* Des. *auditum autem ut significet sibi ipsi. Linguam vero quatenus significet alteri* (Cf. op. cit., p. 465, spec. XVIII). **3** (p. 260-270). *De memoria et reminiscentia.* Inc. *Reliquorum autem primum considerandum est de memoria et de memorari quidem et propter quas causas sit.* Des. *Et de reminisci quidem et de reminiscentia. et quid sit propter quas causas dictum est* (Cf. op. cit., p. 469, spec. XXI). 4 (p. 270-298). *De sensu et sensili.* Inc. *Quoniam autem de anima. secundum ipsam.* Des. *De instrumentis igitur et sensilibus quomodo se habeant et communiter. et secundum unumquodque instrumentum dictum est* (Cf. op. cit., p. 468, spec. XX). **5** (p. 298-325). *De sompno et vigilia* lib. I-II. Inc. *De sompno autem et vigilia considerandum que sint.* Des. *Amplius autem et de ea que ex sompniis est divinatione dictum est* (Cf. op. cit., p. 470, spec. XXII). **6** (p. 325-362). *De vegetatione et plantis* lib. I-II. Inc. *Tria sunt ut ait empedocles in tanta rerum varietate.* Des. *calor et siccitas et erit fructus*

amarus (Cf. op. cit., p. 479, spec. XXX). **7** (p. 362-368). *De longitudine et brevitate vitae.* (In marg. super. legitur titulus: *De vegetatione et plantis II* usque ad tractatum sequentem). Inc. *De eo quod est esse alia quidem longe vite.* Des. incompl. *in eo quod est sic semper esse longioris vite* (Cf. op. cit., p. 473, spec. XXIV). **8** (p. 368-384). *De differentia spiritus et anime.* (*Flor. Casin.*, I, p. 102-110 ex hoc cod.). **9** (p. 385-448). *De generatione et corruptione* lib. I-II. Inc. *De generatione autem et corruptione de natura generatorum.* Des. *generatur ens talis qualis contingit non esse corruptibilis* (Cf. op. cit., p. 460, spec. XIII). — Sequuntur altera manu conscriptae (p. 449-450) Quaestiones de abstractione. Inc. *Quaeritur utrum abstractio sit in rebus et quod sit in rebus et quo sit probatur.* Des. *sed secundum modum extrahendi est extra quia ab anima.* — **10** (p. 451-553). *Metheorum* lib. I-IV. Inc. *Postquam precessit memoratio nostra de rebus naturalibus.* Des. *accidunt ei ex hoc res quedam extranee* (Cf. op. cit., p. 181 sqq., p. 461, spec. XIV, et *Flor. Casin.*, ib., p. 110-113). **11** (p. 555-707). *De celo et mundo* lib. I-III. Inc. *Summa cognitionis nature et scientie.* Des. *et invenimus super intentionem nostram in eo* (Cf. op. cit., pp. 344 sqq., p. 455, spec. IX). **12** (p. 709-732). *De causis.* Inc. *Omnis causa primaria plus est influens.* Des. cum manco cod. *et aggregabunt inter substantias bonas et inter* (Cf. op. cit., pp. 197 sqq., p. 497, spec. XLVI). Commentaria, notae interlineares et marginales, correctiones diversarum manuum in marginibus occurrunt. Descriptio codicis amplior et accurata in *Bibl. Casin.* (I, p. 129-144) invenies.

Membr., mm. 300 × 225, pp. 732. Gothico charac., saec. XIV, pagina integra exaratus. Initiales litterae, aliae variis coloribus et figuris, aliae colore rubro ac caeruleo perbelle depictae lineolisque eiusdem coloris exornatae sunt. In summo margine tituli librorum litteris rubris et caeruleis sunt conscripti. Pp. 184, 554, 708 vacuae. Margines superiores membranulis refecti sunt. Margines inferiores et laterales nonnullorum foliorum abscissi. — Cf. Montf., I, 226; Car., I, 367. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, I, tab. IV.

9 VV (ext. 9 et 60; int. 735).

Aristotelis Metaphysicae latina translatio.

(p. 1-24) Lib. I; (p. 24-27) lib. II; (p. 27-41) lib. III; (p. 41-57) lib. IV; (p. 57-77) lib. V; (p. 77-82) lib. VI; (p. 82-102 lib. VII; (p. 102)-

108) lib. VIII; (p. 108-117) lib. IX; (p. 117-127) lib. X; (p. 127-141) lib. XI; (p. 141-151) lib. XII, in cuius fine legitur: *Explicit liber methice aristotilis secundum novam translationem.* Versio haec legitur in edit. Veneta Aristotelis oper. latine *impensa atque diligentia Andreae de Asula,* 1483 (Cf. BRUNET, *Manuel du libraire, Paris,* I, p. 460), et in edit. S. Thomae Aquin. oper., Romae, MDLXX, tom. IV, p. 1-166. *Antiqua translatio.* De hac e Graeco translatione cf. M. JOURDAIN, *Recherches critiques sur l'âge et sur l'origine des traductions latines d'Aristote,* Paris, 1819, p. 189 sqq., 411 sqq. et 482 ubi specimen XXXIV quod cum cod. nostro concordat, datur.

Membr., mm. 345 × 240, pp. 152. Charac. Gothico saec. XIV, integra pagina, margine satis amplo relicto, conscriptus, cod. maiusculas litteras rubro et caeruleo colore alterne depictas et lineolis eiusdem coloris ornatas exhibet. Pag. 1 capitalis littera depicta exhibet Christum circulari et aureo nimbo redimitum e caelo dextera benedicentem Aristotelem et sinistra manu ei librum tradentem. Ornatus ex eadem littera per margines decurrunt. Tituli minio exarati. In p. 162 vacua relicta legitur alterius manus nota: *habet cartas .LXXVII. detur. pro .12. tarenis.* — Cf. MONTF., I, 220; CAR., I, 368, 370. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.,* I, tab. V.

10 VV (ext. 10 et 225; int. 527).

Aristotelis Ethica cum **S. Thomae Aq.** Commentario.

(p. 1-33) Lib. I; (p. 34-58) lib. II; (p. 58-96) lib. III; (p. 96-134) lib. IV; (p. 134-166) lib. V; (p. 166-186) lib. VI; (p. 187-218) lib. VII; (p. 218-249) lib. VIII; (p. 249-274) lib. IX; (p. 275-309) lib. X (Cf. S. Thomae opera, Romae, MDLXX. vol. V, p. 1-134). Textus concordat cum antiqua translatione et commentaria incipiunt: *Incipiens igitur aristotelis tradere moralem* (ib., p. 1, col. 2, lin. 10 ab imo). Adnotationes interlineares in textu leguntur sicut et glossae in margine. Lectiones non signantur numeris sed fere semper quoad earum divisionem cum edit. concordant.

Membr., mm. 325 × 225, pp. 312. Charactere gothico, saec. XIV, textus columna una exaratus undequaque in margine commentariis illustratur. Cuique libro (pp. 1, 34, 58, 96, 134, 166, 187, 218, 249, 275) initiales litterae coloribus variis depictae et nonnullae imagines etiam exhibentes apponuntur (Cf. *Bibl.*

Casin., I, p. 134-156). Maiusculae litterae alterne rubro et caeruleo colore sunt exaratae. P. 310-312 vacuae. — Cf. MONTF., I, 220; CAR., I, 327, 370. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, I, tab. V.

11 H (ext. 11 et 108; int. 317).

S. Augustini homiliae et sermones (M. voll. 38 et 39).

Praemittitur (p. 1-3) index cum titulo: *Incipiunt capitula in quinquaginta homelias sancti augustini episcopi et deinceps in aliis sermonibus eiusdem.* — [1] (p. 3-4) 16; [2] (p. 4-6) 53 append. (M. 39); [3] (p. 6) *De eo quod ait apostolus. Ut sciatis quae sit altitudo. latitudo. longitudo et profundum* (est pars epis. 147 sive libri De videndo Deo. M. 33, 611 n. 33 et 34. Inc. *Qui enim cognovit.* Des. *precellit omnem intellectum*); [4] (p. 6-8) 113; [5] (p. 8-9) 387; [6] (p. 9-11) 271 append.; [7] (p. 11-13) 287 append. et 178, cap. II; [8] (p. 13-15) 270 append; [9] (p. 15-17) 178, cap. VI-IX. Habet titulum: *De eo quod scriptum est. Beatus qui post aurum non abiit* |||||| *Et ut quicumque aliquid invenerit ei qui perdiderit sine ulla dilatione restituat. Et de illo qui ducentos solidos invenit. et qui ad ovile lupus venit et lupus redit.* Inc. *In scripturis divinis legimus fratres karissimi.* Des. *carnalium ligna consumet. Quod ipse prestare.* [10] (p. 17-19) 167; 111 append.; [11] (p. 19-21) 40; [12] (p. 21-22) 253 append.; [13] (p. 22-24) 39; [14] (p. 24-26) 333; [15] (p. 26-28) 105 append.; [16] (p. 28-29) 252 append.; [17] (p. 29-31) *De gratia Dei.* 168 (Inc. *Secundum vasis electionis confessionem atque doctrinam quoniam fides misericordię dei donum est*); [18] (p. 31-32) 11; [19] (p. 32-34) 388; [20] (p. 34-35) 353; [21] (p. 35-38) I, 114-117. *Flor. Casin.* (ex hoc cod.); [22] (p. 38-40) 109; [23] (p. 40-44) 99; [24] (p. 44-45) 383; [25] (p. 45-47) 339 [26] (p. 47-48) 300 append.; [27] (p. 48-50) 110. *De arbore fici. et de muliere curva.* Inc. *Arbor ficulnea genus humanum est.* [28] (p. 50-53) 17; [29] (p. 53-54) 42; [30] (p. 54-56) *De eo quod dominus dicit. Meum est aurum et argentum.* (Est pars serm. 50 a cap. I n. 2 — cap. VI n. 8. Inc. *In scripturis divinis fratres karissimi. legimus dominus dicentem. Meum est aurum. et meum est argentum. Hoc ideo dictum est. ut ille.* Des. *a iustitię lucę deficiat*). [31] (p. 56-57) 32. *De david et golia.* Inc. *Golias unus ex allofilis.* Des. *signorum suorum non pictorem* (M. 38, 197, lin. 13 et sqq.); [32] (p. 57-60) 72 ap-

pend.; [33] (p. 60-61) 54 append.; [34] (p. 61-65) 142; [35] (p. 65-67) 315 append.; [36] (p. 67-69) 44; [37] (p. 69-71) 368; [38] (p. 71-75) 385; [39] (p. 75-76) 311 append.; [40] (p. 76-79) 211 append.; [41] (p. 79-83) 58; [42] (p. 83-86) 135; [43] (p. 86-88) 290; [44] (p. 88-90) 101 append.; [45] (p. 90-92) 56 append.; [46] (p. 92-93) 310 append.; [47] (p. 93-95) 86 append.; [48] (p. 95-97) 392; [49] (p. 97-106) 351; [50] (p. 106-113) 352; [51] (p. 113-114) 353. In indice codici praeposito non occurrit sermo iste, titulo carens. [52] (p. 115-126) 9. et I, 117-127 *Flor. Casin.*, (ex hoc cod. In ms. *Liber aurelii augustini de decem cordis*).

Item sermones eiusdem. [1] (p. 128-133) 52; [2] (p. 133-134) 28; [3] (p. 134-140) 155; [4] (p. 140-147) 156; [5] (p. 147-150) 174; [6] (p. 151-154) 131; [7] (p. 154-158) 163; [8] (p. 158-162) 154; [9] (p. 162-169) 169; [10] (p. 169-172) 165; [11] (p. 172-175) 391; [12] (p. 175-179) 26; [13] (p. 179-182) 30; [14] (p. 182-187) 153; [15] (p. 187-190) 112; [16] (p. 190-191) Inc. *Ad id quod scriptum est.* (in lib. S. Augustini De diversis quaest. M. 40, 53-54, quaes. 62); [17] (p. 191-196) 292; [18] (p. 196-201) I, 127-131 *Flor. Casin.* (ex hoc cod.); [19] (p. 202-205) 117 append.; [20] (p. 205-208) 195 append.; [21] (p. 208-210). Inc. *Hodie fratres dilectissimi hesternum vobis debemus redhire sermonem.* Des. *quod terrę est. nil relinquat* (inter opera S. Petri Chrysol. sermo 148. M. 52, 596); [22] (p. 210-212) 102 Mai, I; [23] (p. 212-213) 317; [24] (p. 213-215) 382; [25] (p. 215-216) I, 131-132. *Flor. Casin.* (ex hoc cod.); [26] (p. 216-218) 78 append.; [27] (p. 218-219) 160 append.; [28] (p. 219-220) 226; [29] (p. 220-221) 152 Mai, I; [30] (p. 221) 38 Mai I; [31] (p. 221) 230; [32] (p 221-222) 163 append.; [33] (p. 222-223) I, 132-133 *Flor. Casin.* (ex hoc cod.); [34] (p. 223-224) 159 (et inter opera S. Maximi Taurinensis, M. 57, 905); [35] (p. 224) 153. Mai, I; [36] (p. 224-226) 42 Mai, I; [37] (p. 226-227) 265 (Des. *et samaria et usque ad fines terre.* M. 38, 1219-1221, lin. 34); [38] (p. 227-229) *Unde supra* (Inter opp. S. Leonis M. edit. a Cacciari, Romae, 1753, tom. I, p. 214, Ser. 64); [39] (p. 229-230) 395; [40] (p. 230-231) 197 append.; [41] (p. 231-237) 296 et I, 133-138 *Flor. Casin.*, (ex hoc cod.); [42] (p. 237-238) 55, Mai, I (cf. etiam sermo 202 n. 3, S. Augustini); [43] (p. 238-239) 316 append.; [44] (p. 239-240) 18 Caillau; [45] (p. 240-243) 31; [46] (p. 243-245) 217 append.; [47] (245-249) epis. 228 (M. 33, 1013-1019); [48] (p. 249-262) 71. Inc. mutilus cum verbis. *Qui non est mecum* (M. 38, 446. cap. II, lin. 75; [49] (p. 262-273) 7 Caillau (ex hoc cod.); [50] (p. 273-275) 24 Caillau (ex hoc cod.); [51] (p. 275) 220.

Membr., mm. 330 × 240, pp. 276. Littera Benev., saec. XI, columna duplici cod. est exaratus. Tituli rubri. Initiales litterae minio conscriptae. Pauca additamenta in marginibus leguntur. P. 276 nonnulla nullius momenti otiosa et posterior manus scripsit. — Cf. MONTF., I, 220; CAILLAU, 9; CAR., I, 283; REIFF., II, 344; LOEW, *The Benev. Script*, 342. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, tab. VI.

12 H (ext. 12 et 50; int. 624).

S. Augustini (M. voll. 38, 39), **S. Maximi** et aliorum sermones.

1. [1] (p. 1-2) 227; [2] (p. 2-3) 8 CAILLAU (ex hoc cod.); [3] (p. 3-4) 10 CAILLAU (ex hoc cod.); [4] (p. 4-5) 121; [5] (p. 5-7) 191; [6] (p. 7-8) 9 CAILLAU (ex hoc cod.); [7] (p. 8-9) 125; [8] (p. 9-10) 193; [9] (p. 10-11) 11 CAILLAU (ex hoc cod.); [10] (p. 11-13) 119 n. 2 append. (Inc. *Hodie est dierum omnium novitas*); [11] (p. 13-14) 16 CAILLAU (ex hoc cod.); [12] (p. 14-15) 12 CAILLAU, (ex hoc cod.); [13] (p. 17-19) 15 CAILLAU (ex hoc cod.); [14] (p. 19-22) 13 CAILLAU (ex hoc cod.); [15] (p. 22-23) 14 CAILLAU (ex hoc cod.); [16-19] (p. 23–28) I, 139-143 *Flor. Casin.* (ex hoc cod.); [20] (p. 28-30) 187; [21] (p. 30-31) 188; [22] (p. 31) 77 MAI, I; [23] (p. 31-33) 119; [24] (p. 33-34) I, 143 *Flor. Casin.* (ex hoc cod.); [25] (p. 34-35) 327. Inc. *Natalem beatissimi martyris stephani cantavimus.* Des. *a christo accipere meruit. cui est honor et gloria in sęcula sęculorum. amen;* [26] (p. 35-37) 211 append.; [27] (p. 37-39) I, 144 *Flor. Casin.* (ex hoc cod.); [28] (p. 39-40) 219 append.; [29] (p. 40-41) 218 append.; [30-32] (p. 41-45) I, 146-148 *Flor. Casin.* (ex hoc cod.); [33] (p. 45-46) MAI, I; [34] (p. 46-48) MAI, I; [35] (p. 48-50) 149 MAI, I; [36] (p. 50-51) 132; [37] (p. 51-53) 60 MAI, I; [38] (p. 53-54) 148 MAI, I; [39] (p. 54-55) 12 (M. 57, 555 inter S. Maximi opera); [40] (p. 55-57) I, 149 *Flor. Casin.* (ex hoc cod.); [41] (p. 57-59) ib., (Cf. *Milleloquium S. Aug.*, Brixiae, 1734, vol. I, col. 738; lin. 14 ab imo et sqq.); [42] (p. 59-61) 131 append.; [43] (p. 61-62) 373; [44] (p. 62-64) 204; [45] (p. 64-65) 150 MAI, I; [46] (p. 65-67) I, 151 *Flor. Casin.* (ex hoc cod.); [47] (p. 67-69) 132 append. (Differt aliquantulum ab edit. Inc. *Hic dies sanctę epiphanię festus.* Des. *cum omnibus sanctis pervenire mereamur*); [48] (p. 69-71) Pars prima quae inc. *Proxime fratres karissimi eiusmodi* et des. *quod non habebat accipiens,* ex serm. 136 append. (M. 39, 2013-2014 lin. 21 et inter opera S. Maximi Taurinensis); pars altera quae inc. *De regno illo fratres karis-*

Praecedunt: (p. 1-2) *praefatiuncula* (Inc. *Multi iam sepe diebus.* Des. *nostri misterii in eis inveniet.* M. 140, 537-540 et *Bibl. Casin.*, I, p. 388-389 ex hoc cod.); (p. 2-3) index singulorum librorum (M. ib., 539-542) quem nonnulla sequuntur *Unde frater — memoriam deprecor ut habeas* (Cf. *Bibl. Casin.*, ib., p. 389) inter quae « Ex quibus locis auctorum scriptis ecclesiastica haec decreta collegerit » (M. ib., 539-540). (p. 4-60) Lib. I; (p. 60-93) lib. II (p. 91). Inter cap. 227 et 228 ponitur alia formata epis. (*Bibl. Casin.*, ib., p. 389-390 ex hoc cod.); (p. 93-136) lib. III; (p. 136-138) *Ordo qualiter in ecclesia ab episcopo sinodus agatur* (M. ib., 1061-1066 et *Bibl. Casin.*, ib., p. 390-392 ex hoc cod.); (p. 139-152) lib. IV; (p. 152-159) lib. V; (p. 159-167) lib. VI; (p. 167-172) lib. VII; (p. 172-183) lib. VIII; (p. 183-192) lib. IX; (p. 192-205) lib. X; (p. 205-216) lib. XI; (p. 216-220) lib. XII; (p. 220-223) lib. XIII; (p. 223-225) lib. XIV; (p. 225-234) lib. XV; (p. 234-240) lib. XVI; (p. 240-249) lib. XVII; (p. 249-254), lib. XVIII; (p. 255-288) lib. XIX; (p. 288-302) lib. XX (M. ib., 541-1040,

lin. 6 ab imo. Codex desinit mutilus cum verbis: *Nam sicut quorundam iustorum animę*). Singulis libris capitula sunt praefixa. Multa in cod. desiderantur.

Membr., mm. 465 × 325, pp. 302. Littera Carolina, saec. XI, binis columnis descriptus est codex initialesque litteras rubro, flavo ac viride colore depictas, et maiusculas variis coloribus distinctas exhibet. Tituli minio exarati. In marginibus locorum indicatio ex quibus auctor decreta deprompsit occurrit. In summo margine librorum numerus indicatur, qui in ultimis foliis, a tineis perforatis et madore corruptis desideratur eo quod margines abscissi sunt. — Cf. Montf., I, 221; Car., I, 87, 180; Beth., XII, 499. — Exemplum scripturae in *Bibl. Casin.,* I, tab. XXI.

45 ZZ (ext. 45 et 100; int. 554).

Burchardi Wormaciensis episcopi Decretorum lib. I-XX.

Praecedunt: (p. 1-2) *praefatiuncula* (Inc. *Multis iam sępe diebus.* Des. *nostri misterii in eis invenerit.* M. 140, 537-540 et *Bibl. Casin.,* I, p. 388-389); (p. 2-3) index singulorum librorum (M. ib., 539-542), quem nonnulla sequuntur: *Unde frater — memoriam deprecor ut habeas* (Cf. *Bibl. Casin.*, ib., 389), quae inter « Ex quibus locis auctorum scriptis ecclesiastica haec decreta collegerit » (M. ib., 539-540). — (p. 3-62) Lib. I; (p. 63-105) lib. II; (p. 105-157) lib. III; (157-161) *Ordo qualiter in aecclesia ab episcopo sinodus agatur* (*Bibl. Casin.,* p. 390-392 et M. ib., 1061-1066); (p. 161-181) lib. IV; (p. 181-192) lib. V; (p. 193-205) lib. VI; (p. 205-212) lib. VII; (p. 213-231) lib. VIII; (p. 231-244) lib. IX; (p. 244-264) lib. X; (p. 264-280) lib. XI; (p. 280-285) lib. XII; (p. 285-289) lib. XIII; (p. 289-292) lib. XIV; (p. 292-304) lib. XV; (p. 304-311) lib. XVI; (p. 311-326) lib. XVII; (p. 326-331) lib. XVIII; (p. 331-376) lib. XIX; (p. 377-404) lib. XX (M. ib., 541-1044, lin. 10 ab imo. Codex des. incompletus cum verbis: *si pro inimicis suis quos tunc ardere viderint*). Libros singulos capitula praecedunt. Multa desunt in cod. in quo et nonnulla leguntur quae in edit. desiderantur (Cf. *Bibl. Casin.,* ib., I, p. 395-398).

Membr., mm. 360 × 215, pp. 404 (pp. 403-404 post p. 398 ponendae sunt). Columna duplici, saec. XI, littera Carolina (p. 398-404 littera Beneventana) exaratus, titulos rubros et locorum indicationes in marginibus codex offert ex quibus decreta sunt desumpta. Prima initialis littera minio, aliae atra-

mento delineatae. Spatia pluribus in locis ad initiales litteras excipiendas vacua relicta; maiusculae rubro sunt colore depictae. Pp. 220, 280, 374 vacuae sicut et columna secunda p. 219 et prima p. 221. Prima folia a tineis perforata. In summo margine p. 1 legitur: *Liber fratrum casinensium. Si quis eum sine mandato extra portam extraxerit vel titulum hunc deleverit sit excommunicatus. amen.* P. 402 in qua nonnulla occurrunt posterioris manus est lectu difficilis ob membranae erasionem. — Cf. MONTF., I, 221; CAR., I, 87, 180; BETH., XII, 499. — Scripturae exemplum in *Pal. Cas. Lat.*, tab. LVIII et *Bibl. Casin.*, I, tab. XXI.

46 ZZ (ext. 46 et 105; int. 395).

Bernardi Papiensis Breviarium Extravagantium cum glossis.

1 (p. 1-181; 181-439; 439-525). Huius operis conlationem cum *Antiquis Collectionibus Decretalium cum notis Antonii Augustini et Iacobi Cuiacii*, Parisiis, 1609, in *Bibl. Casin.* (II, p. 2 sqq. ubi et glossarum specimen habetur) invenies. Collectiones continet cod. quae in ed. cit. (p. 1-430), *prima, tertia* ac *secunda* vocantur.

2 (p. 525-534). ‹ **Innocentii III** Decretales ›. Decretales aliarum compilationum ordinem non sequuntur. Tituli et initia Decretalium in *Bibl. Casin.* (ib., p. 16-17) dantur. Des. cod. incompletus cum verbis: *postquam in regula fuerit conpetenter instructus: si urgens.*

Membr., mm. 340 × 215, pp. 534. Saec. XIII, Gothico charactere, binis descriptus columnis, initiales litteras pp. 1-176 alterna vice rubro ac caeruleo colore depictas cod. habet. Quae sequuntur initiales litterae minio exarantur sicut et tituli omnes. Spatia saepe vacua sunt relicta ad initiales litteras et titulos excipienda; ff. 90 et 249 per medium recisa. Glossae quae in prima codicis parte tt. occurrunt eiusdem sunt amanuensis qui textum perscripsit. Ultima folia madore corrupta. — Cf. MONTF., I, 221; CAR., I, 330; BETH., XII, 499. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, II, tab. I.

47 N (ext. 47; int. 1020).

S. Benedicti regula, **Chronicon Casin.** breve, **Necrologium Casin., Usuardi** Martyrologium et alia.

1 (p. 1-56). Astronomica nonnulla, Calendarium, Constitutiones Andreae abb. Casin., Alfani De situ, constructione ac renovatione Monasterii Casin. versus, et alia multa (Cf. *Bibl. Casin.*, II, p. 18-21)

inter quae (p. 12-37) Breve Chronicon Anonymorum Monachorum Casinensium habetur (GATT., *Acc.,* II, p. 827 sqq. ex hoc cod.).

2 (p. 57-264). ‹ **Usuardi** Martyrologium › quod ab ed. pluribus in locis differt (Cf. D. H. QUENTIN, *Les martyrologes historiques du moyen-âge,* Paris, 1908, p. 691). Praecedunt: epist. Chromatii et Heliodori ad Ieron. et rescriptum Ieron. ad Chrom. et Heliod. (M. 30, 447 inter opera Hier. attributa).

3 (p. 265-394). S. Benedicti regula.

4 (p. 395-550). Homiliae breves per annum ex Ambrosii, Bedae Ven., Gregorii M., Origenis scriptis desumptae. Occurrunt ipsae homiliae etiam in cod. 179, modo vero breviores modo prolixiores sunt.

5 (p. 551-622). Necrologium Casinensis monasterii (Cf. *Bibl. Casin.*, II, p. 22-23. Ed. GATT., *Acc.*, II, p. 851-861 ex hoc cod.).

6 (p. 623-625). Responsoria, versicula notis musicis instructa, orationes pro *Mandato* fer. V in Coena Dom.

7 (p. 626). ‹ Bulla Alexandri III › (CAR., II, p. 146).

8 (p. 627-635). *Hęc capitula divinę auctoritatis ędita, a beato gregorio urbis romę pontifice, legenda sunt coram hospitibus in capitulo. iuxta preceptum sanctissimi patris nostri Benedicti. ut edificentur* (Cf. *Bibl. Casin.*, ib., p. 23).

9 (p. 636-640). Inc. *Karissimi. Nunc filii dei sumus. et nondum apparuit quid erimus.* Des. *deligit eum qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus.* Sunt excerpta ex ep. I Ioan.

Membr., mm. 345 × 240, pp. 640. Parte pagina integra et parte columna duplici, littera Beneventana et littera Gothica cod. diversis manibus est exaratus. Maior pars nitido charact. Benev., saec. XII (an. 1159-1173), fuit conscripta, in qua initiales litterae auro, foliis, animalibus exornatae maximaque cum arte depictae fulgent (Cf. *Pal. Cas. Long.,* tav. XX-XXIV), quarum nonnullae barbara manu sunt abscissae. Tituli rubri, eodemque colore nomen *Abbas* in Regula S. Benedicti scribitur. Folia complura acu et serico filo sunt consuta. — Cf. GATT., op. et loc. cit.; MONTF., I, 219, 221; BETH., XII, 449; CAR., I, 200 sqq., 278, 279, 291; II, 113; *Bibl. Casin.*, I, XXVI; *N. Ar.*, XXXIV, 204, n. 2; XXXVIII, 664, n. 8; *Reg. S. Bened. traditio Codd. Cass.*, M. Cas., 1900, XVII sqq.; D. H. QUENTIN op. et loc. cit.; E. CASPAR, *Petrus Diac. und die M. Cass. Falschungen,* Berlin, 1909: 49, 111, 154, 176; LOEW, *The Benev. Script,* 214, 278, 299, 342. — Exempla scripturae in *Pal. Cas. Long.*, tab. XLVIII; *Bibl. Casin.*, II, tab. I; *Reg. S. Bened. traditio Codd. Cass.*, tab. V; LOEW, *The Benev. Scribt,* tab. IV; LOEW, *Script. Benev.*, tab. 88.

48 B (ext. 48 et 115; int. 141).

Claudii Taurin. epis. Commentarium in epis. s. Pauli.

[1] (p. 2-215). *Ad Romanos.* Inc. *Paulus servus christi iesu. Prima questio de nomine ipsius pauli.* Des. *plurimum et labore et tempore desudatum est. Finit deo gratias Amen.* Praecedunt: (p. 2-3). *prephatio* quae inc.: *Amantissimus domini sanctissimus augustinus.* Des. *caput totius extitit orbis* (Cf. M. 104, 927-928); (p. 3). *Argumentum* quod inc.: *In ępistola quam paulus apostolus.* Des. *humilitatis adsocians in qua ępistola ita exorsus est dicere.* Argumentum hoc est initium expositionis epis. ad Romanos s. Augustini (M. 35, 2087-2089, lin. 10). Sequitur (p. 215-216): *Item retractatio claudii episcopi de auctoribus explanationum super prędictam epistolam.* Inc. *Illud quoque in prefatione commoneo.* Des. *alienum esse vel nostrum finit* (M. 104, 926-927). [2] (p. 217-276). *Ad Thessalonicenses I.* Inc. *Paulus et silvanus et thimotheus. Quur autem non solus.* Des. *quia in gratia christi omnem scit dei gratiam contineri,* praevio (p. 216-217) argumento: *Thessalonicenses sunt macedones sicut et philippenses — scribebantur aperiret.* [3] (p. 277-291). *Ad Thessalonicenses II.* Inc. *Paulus et silvanus... Sollempnibus verbis scribit ad eos.* Des. *manu propria scriptam reciperet,* praecedente argumento: *Ad thessalonicenses aliam scribit — ut ferunt per titum et honesimum.* [4] (p. 292-340). *Ad Timotheum I.* Inc. *Paulus apostolus... Patris et filii imperio.* Des. *fatemur non meritis propriis.* Argumentum praeit: *Timotheus filius — fuit monet esse vitandos.* [5] (p. 340-367). *Ad Thimotheum II.* Inc. *Paulus apostolus... Consueta veritate et humilitate.* Des. *qua ratione sunt posita nomina.* Praeponitur argumentum: *Paulus apostolus cum esset romę — in ceteris epistolis tale est.* [6] (p. 368-397). *Ad Titum.* Inc. *Paulus servus dei. Quid est quod salvator noster.* Des. *benedicens. prebere voluisset,* argumento praeeunte (p. 367-368): *Titum apostolus ordinavit episcopum — sensu iudaico corrumpere nituntur.* [7] (p. 398-408). *Ad Philemonem.* Inc. *Paulus vinctus iesu christi. Ut dignitatem epistolę a se missę.* Des. *quoties auditus vel electus fuerit. Explicit expositio in epistolam ad philemonem. amatus.* Praecedit argumentum (p. 397-398): *Philemoni familiares litteras — causa devotionis.* Expositionem in epis. ad Philemonem ed. Mai, *Spicilegium Romanum,* Romae, 1843, tom. 9, p. 109-117 (et in M. 104, 911-918).

Nonnulla in ed. hac desiderantur quae in cod. Casin. leguntur. [9] (p. 408-471). *Ad Hebraeos.* Absque titulo inc. *Multifarię et multis modis olim deus loquens patribus in prophetis. Tota intentio beati apostoli fuit in hac epistola.* Des. *Illi autem corpora mundabant nos* (Ad Heb., cap. X, ver. 23). Invenitur expositio haec inter Alcuini opera (M. 100, 1031-1084. Codex Casin. des. M., ib., 1080, lin. 22). Argumenta quae epistolis praeponuntur prolixiora sunt ceteris quae verbis iisdem incipiunt (Cf. in VATTASSO initia superius referta). Pro scriptis Claudii cf. DÜMMLER, *Über Leben und Lehre des Bischofs Claudius von Turin* in *Sitzungsber. Akad. Wissensch.,* Berlin, 1895, p. 425-443.

Membr., mm. 345 X 270, pp. 476. Littera Beneventana, columna duplici, tempore Theobaldi abbatis (an. 1022-1035. Cf. *Bibl. Casin.*, I, p. LXII) codex diligenter fuit exscriptus. Tituli rubri. Initiales litterae, foliis et animalibus, coloribus, rudi manu depictae, exornantur, maiusculaeque rubro, flavo ac viride colore distinguuntur. P. 1 vacua ab amanuensi relicta, in qua recentiorum manuum quae sequuntur leguntur: *Epistole pauli exposite a claudio episcopo.* — *Claudius super Epistolas ad Romanos. Ad Thessalonicenses prima et secunda. Ad Thimotheum prima et secunda. Ad Titum. ad philemonem. Ad Hebreos.* — *Claudius episcopus super epistolas Pauli.* — Cf. MONTF., I, 221; CAR., I, 180; TOSTI, I, 396; DÜMMLER, op. cit.; LOEW, *The Benev. Script* 245, 342. — Characterum specimen in *Bibl. Casin.*, II, tab. I.

49 X (ext. 49 et 215; int. 361).

Iustiniani Codicis lib. I-VIIII.

Lib. I (P. 1-47); lib. II (p. 47-74); lib. III (p 74-100); lib. IIII (p. 100-138; lib. V (p. 139-183); lib. VI (p. 183-231); lib. VII; (p. 231-268) lib. VIII (p. 268-300); lib. VIIII (p. 300-322. — Cf. P. KRUEGER, *Codex Iustinianus*, Berolini, 1877 p. 1-875. Pro hac editione codicem nostrum, littera C sign. editor contulit. Cf. ib., p. VII).

Membr., mm. 350 X 225 pp. 322. Littera Carolina, saec. XII, binis columnis codex diligenter conscriptus, litteras initiales in forma piscis, avis, anguis vel hominis colore rubro, viride ac violaceo artificiose depictas exhibet. Maiusculae minio sunt exaratae. Notae marginales recentioris aevi et non una manu additae in marginibus frequenter occurrunt. In summo margine foliorum alterne numerus colore rubro adnotatur diversorum librorum. Pp. 231, 268, 300 in principio lib. VII, VIII et VIIII effigies exhibetur atramento delineata

I, Imperatoris stantis sceptrumque et globum in manibus ferentis. — Cf. MONTF., 221; CAR., I, 87, 309; II, 176; *Bibl. Casin.*, I, XXX, 11; BETH., XII, 499; KRUEGER, op. cit.; TOSTI, I, 392. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, II, tab. I.

50 MM (ext. 50 et 106).

Paschasii Diaconi latina translatio de vitis Patrum, **Palladii** Historia Lausiaca et alia.

1 (p. 2-109). De sententiis Patrum Aegyptiorum translatio quam e Greco fieri curavit per Paschasium Diaconum Martinus epis. Dumiensis. Inc. *I. Qualiter in cenobio vivendum sit. Cum frater requisisset abbatem agathonem dicens, Quia volo manere cum fratribus.* Des. [*XCI*] *Sententię septem quas locutus est abbatem piminionem. Quam si quis in cęnobio aut in solitudine. aut etiam in ipso sęculo positus custodierit salvabitur. In primis sicut scriptum est debet homo diligere deum — non proximi peccata considerat.* (Cf. H. ROSWEYDUS, *Vitae Patrum,* Antverpiae, 1628, lib. VII, p. 665-685; M. 73, 1025-1062). Ordo sententiarum non idem est ac in editione (Cf. *Bibl. Casin.*, II, p. 36-40 ubi tituli, initium et finis sententiarum dantur) et ipsarum numerus longe superat illum editionis, eo quod multae sunt sententiae in cod. quae et in aliis libris ed. cit. (e. g. in lib. III et V) leguntur. — (p. 1-2) Index sententiarum praemittitur, qui ob unius folii avulsionem, a num. XLV incipit. **2** (p. 109-291). *XCII. Item sententię patrum quas de greco in latinum transtulit Martinus dumiensis episcopus.* Inc. *Interrogavit quidam frater senem dicens. Ieiunia et vigilię quas facimus, quid agunt?* Des. *cum timore et tremore salutem suam operari* (Cf. ROSWEYDUS, op. cit. p. 657-661; M. 74, 381-394. Plures patrum sententiae in cod. ex aliis libris desumptae sunt). **3** (p. 254-273). Inter Patrum sententias leguntur: [1] (p. 254-258). *Vita vel obitus sancte marine virginis* (Cf. H. ROSWEYDUS, op., cit. p. 393-394; *Act. SS.* Iul. IV. 286-287); [2] (p. 258-273). Vita S. Theophili absque ullo titulo inc.: *Factum est tempore illo priusquam incursio fieret* (*Act. SS.* Febr. I. 483-487).

4 (p. 291-441). ‹ **Palladii** Historiae Lausiacae latina versio ›, praecedentibus (p. 291-292) LXI capitulis: *Incipiunt capitula Libri Palladii (Episcopi) Qui appellatur Paradysus* (Cf. *Bibl. Casin.*, ib., p. 40-42); (p. 293-300) prologo: *Multi*

quidem multos varios libros diversis temporibus — Sed vitę propositum et prędicabiles mores. Cod. des. *Omnia ista tibi donabo, si me prorsus volueris adorare.* (Cf. Rosweydus, op. cit., p. 940-983, lin. 12 ab imo; M. 74, 245-250, 251-342, lin. 12 ab imo. Cf. et Dom C. Butler, *The Lausiac History of Palladius* in *Texts and Studies,* vol. VI, n. 1. Cambridge, 1898, p. 61 sqq., 70-75).

5 (p. 441-446). *Incipit epistola Sancti Athanasii episcopi de instituto et observatione monachorum.* Des. incompleta cum verbis: *si nullus se incipiat in eo quod alte...* (M. 103, 665-669, lin. 19).

Membr., mm. 350 × 240, pp. 446. Charactere Benev., saec. XI, binis columnis exaratus, cod. titulos rubricatos et initiales maiusculasque litteras coloribus distinctas habet. Pp. 2, 293 initiales litterae occurrunt auro, foliis et animalibus exornatae. Nonnulla folia abscissa membranulis refecta, alia lacera, acu filoque serico consuta sunt. — Cf. Montf., I, 221; Car., I, 284; Reiff., II, 435; Butler, op. cit.; Loew, *The Benev. Script,* 342. — Scripturae exemplum in *Bibl. Casin.,* II, tab. I.

51 MM (ext. 51 et 165; int. 793).

Ioannis Cassiani Conlationes Patrum.

[1] (P. 3-263). Conlationes I-X quibus, decima conlatione excepta, capitula praeponuntur; [2] (p. 263-419). Conlationes XI-XVII; [3] (p. 419-575). Conlationes XVIII-XXIV (Ed. Petschenig in *C. S. E. L.*, 1886, vol. 2). Singulis capitibus conlat. X-XXIV capitula sunt affixa. P. 2 index conlationum legitur manu saec. XV conscriptus (*Bibl. Casin.,* I, p. 43).

Membr., mm. 325 × 215, pp. 576. Pagina integra, littera Benev. saec. XI. Initiales litterae et maiusculae variis coloribus sunt depictae, tituli minio exarati. Folia priora madore corrupta. P. 3 in margine infer. recentior manus apposuit titulum: *Io. Casiano in Collatione patrum.* Ex 576 versus nonnullos edidit Caravita (II, p. 47). In margine infer. eiusdem pag. legitur: *liber sancte Marie de Albaneto.* P. 1 vacua. In summo margine numerus conlationum adnotatur. — Cf. Montf., I, 221; Car., I, 106; II, 47; Loew, *The Benev. Scribt,* 75, 342. — Specimen characterum in *Bibl. Casin.*, II, tab. II.

52 MM (ext. 52 et 226; int. 790).

Ioannis Cassiani Conlationes Patrum et alia.

1 (p. 1-10). Ep. ad Hebr. pars (cap. IX, 1-XIII, 25; inc.: *et sanctum seculare*).

2 (p. 28-30). **Augustini** Enarr. in ps. LXIII pars. Absque titulo inc.: *An aliquid super homines sit.* Des. *confirmatio est sermonis maligni* (M. 36, 762, lin. 31-764, lin. 19).

3 (p. 10-38). *Expositio sancti Ieronimi ad Minervium et alexandrum de questione apostoli.* Titulum hunc recentior manus apposuit. (Est ep. 19 Hieron. M. 22, 966. Des. *supra iam loquuti sumus*).

4 (p. 31-258). **Ioannis Cassiani** Conlationes I-X. (In ms. *In nomine domini nostri iesu christi. Incipiunt collationes sanctorum patrum numero XX quatuor*); [2] (p. 258-393). Conlationes XI-XVII; [3] (p. 393-544). Conlationes XVIII-XXIV (Ed. Petschenig in *C. S. E. L.*, 1886, vol. 2). Index conlationum praemittitur et singulas conlationes capitula praecedunt quae manus posterior cuique capiti apposuit (Cf. *Bibl. Casin.*, II, p. 57-74).

5. [1] (p. 544-552). *Passio beate marine virginis et martyris* (*Flor. Casin.*, II, p. 3-7 ex hoc cod.). [2] (p. 552-558). *Passio sancti georgii martyris* (*Flor. Casin.*, ib., p. 7-11 ex hoc cod.).

7 (p. 558-560). Narratio de iuvene ad poenitentiam per s. Ioannem evang. adducto. Absque titulo inc.: *Audite inquit rem gestam de iohanne apostolo. et memoriis omnibus traditam... Cum post tyranni obitum.* (Cf. *B. H. L.*, p. 640, n. 6).

Membr., mm. 340 $\times$ 250, pp. 562. Volumen ex tribus constat codicibus, saec. XI, littera Benev., duplici columna exaratis (I, p. 1-30; II, p. 31-544; III, p. 545-562). Cod. secundus qui monasterio s. Benedicti de Clia pertinebat, uti ex pp. 29, 31 eruitur, litteras initiales minio et atramento delineatas et animalibus ornatas maiusculasque colore rubro distinctas offert. Tituli rubricati. Tertii codicis duae litterae initiales coloribus variis exornantur et maiusculae rubro, viride, flavoque colore distinguuntur. In summo margine pp. numeros et titulos conlationum minio exaratos posterior manus apposuit. In marginibus cod. secundi notae man. saec. XVI quas inter pauca verba graeca passim occurrunt. P. 561, inter alia quaedam de medicina latino et italico sermone conscripta leguntur (Cf. Car., II, p. 66-68). P. 562 calami probatio-

nes. — Cf. MONTF., I, 221; CAR., I, 107, 111, 167; II, 66; REIFF., II, 354; BETH., XII, 499; LOEW, *The Benev. Script*, 75, 342. — Exempla scripturae in *Pal. Cas. Long.*, tab. XXXIII et *Bibl. Casin.*, II, tab. II.

53 MM (ext. 53 et 135; int. 789).

Ioannis Cassiani Conlationes Patrum.

[1] (P. 1-64). Conlationes VIII-X. Codex acephalus incipit cum verbis: *medię. suscipi. Idest. ut ei.* [2] (p 64-199). Conlationes XI-XVII; [3] (p. 199-342); Conlationes XVIII-XXIV (Ed. PETSCHENIG in *C. S. E. L.*, 1886, vol. 2, p. 221, v. 12). Singulas conlationes capitula praecedunt. Nonnulla in cod. propter foliorum amissionem desiderantur.

Membr., mm. 375 × 315, pp. 340. Binis columnis, charact. nitido Benev., saec. XI conscriptus, cod. pp. 20, 65, 154, 248, 319 monachorum effigies coloribus diversis exornatas praefert. Tituli rubri. Initiales et litterae maiusculae variis coloribus distinguuntur. Folia nonnulla in principio et in fine cod. madore sunt corrupta; ultimum folium abscissum et perforatum. — Cf. MONTF., I, 221; CAR., I, 168; REIFF., II, 355; LOEW, *The Benev. Script*, 342. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, II, tab. II.

54 MM (ext. 54 et 87; int. 44).

Ioannis Cassiani Conlationes Patrum.

[1] (P. 1-189). Conlationes I-X. Incipit codex acephalus cum verbis *...tatem et perfectionem loquentium metiatur;* [2] (p. 189-316). Conlationes XI-XVII; [3] (p. 317-432). Conlationes XVIII-XXIV. (Des. mutilus codex cum verbis: *refectionis suę necessarias coemp...* Ed. PETSCHENIG in *C. S. E. L.*, vol. 2, p. 5, v. 5. — p. 668, v. 21). Capitula praemittuntur singulis conlationibus, quae manus posterior et cuique apposuit capiti (Cf *Bibl. Casin.*, II, p. 93-112).

Membr., mm. 420 × 290, pp. 432. Cod. diligenter exaratus, littera Benev., saec. XI, duplici columna, initialibus litteris auro illitis, foliis et animalibus, coloribus variis depictis, decoratur. Aliae initiales et maiusculae litterae colore rubro, viride, flavo ac violaceo sunt distinctae. In super. foliorum margine recentiori manu, numeri et tituli conlationum rubro colore adnotantur. In marginibus pauca additamenta occurrunt. Margines nonnullorum foliorum in quibus initiales litterae depictae erant impie rescissi. — Cf. MONTF., I, 221; CAR., I, 278; REIFF., II, 355; LOEW, *The Benev. Script*, 343. — Scripturae exemplum in *Bibl Casin.*, II, tab. II.

55 CC (ext. 55 et 134; int. 71).

Commentarium in Psalmos.

Inc. *Beatus vir... non sedit. Habiit, consentiendo. stetit: defendendo. sedit, docendo. In abeunte, nota levitatem. In stante, obstinationem. In sedente, superbia.* Des. *penitentie igitur vox est. miserere mei deus. iustitie vox est. misericordiam et iudicium cantabo tibi domine. Vite eterne vox est. omnis spiritus laudet dominum. A. M. E. N.* Praecedit praefatio (p. 1-4): *Omnis divina scriptura vel pertinet ad historiam. vel ad moralitatem. vel ad misticum intellectum. Est tamen intelligendum, de quadam promixtione alterna. persepe et historia in moralitate. et moralitas in historia. et misticus intellectus invenitur... et totam substantiam suam vivendo luxoriose dissipavit. Unde quidam sapiens ait. Non potest esse mundus, cui placuerit mundus. Mundus enim per antifrasim dicitur. quia minime mundus.* Expositio contexta esse videtur ex Cassiodori, Bedae, Petri Lombardi, Remigii Autissiodorensis et aliorum commentariis (Cf. *Bibl. Casin.*, I, p. 112-118).

Membr., mm. 355 $\times$ 235, pp. 800. Cod. non una manu, binis columnis Gothico charact. saec. XIII exaratus, titulos rubricatos habet et pp. 201, 431 imagines duas exhibet atramento artificiose delineatas, quarum prima Christi figuram praebet nimbo et corona ornatam, dextera manu benedicentem prophetam, qui manu inscriptionem profert: *Deus illuminacio.* In altera Christus nimbo pariter ornatus, benedicit dextera virum genuflexum, manibus expansis orantem. Initialium litterarum nonnullae minio et atramento delineatae, animalibus exornantur, aliae rubro colore sunt depictae. Spatia ad litteras initiales excipiendas passim vacua relicta. In marginibus nomina auctorum ex quorum scriptis commentarium conflatur minio sunt scripta. P. 800 vacua. Foliorum priorum et ultimorum margines a tineis perforati sunt absque tamen scripturae detrimento. — Cf. Montf., I, 222; Car., I, 310. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, II, tab. II.

56 ZZ (ext. 56 et 72; int. 413).

Ioannes de Lignano Commentaria in Clementinas.

Inc. *Congregabo reliquias gregis mei. Ieremie XXIII° capitulo et ibi congregati sunt universi viri iudicum VII° quoniam ut scribit Ieronimus in prologo super ezechielem libro tertio. Nihil est longum.* Des.

ad primam questionem factam in contrarium. Finis libri (Cf. *Bibl. Casin.*, II, p. 119 sqq. ubi praefatio et tituli dantur).

Chart., mm. 400 × 280, pp. 470. Charactere Gothico, saec. XV, binis columnis descriptus. Notae in marginibus passim leguntur. Priora folia a tineis perforata. Codicem hunc a *Geronimo filio domni Iohannis de Nellis de ytro* emit *Iohannes Azella de Gaieta*. Cf. notam in cod. 96. — Cf. MONTF., I, 221; CAR., I, 425. — Scripturae exemplum in *Bibl. Casin.*, II, tab. III.

57 EE (ext. 57 et 39; int. 205).

S. Augustini et S. Hieronymi Enarrationes in Psalmos I-LXVIIII (M. voll. 26, 36).

In primo fol. absque enumeratione legitur in duplici columna index psalmorum expositionum et nomen auctorum. *Incipit capitula expositio* (sic) *psalmorum sancti agustini et sancti ieronimi. Beatus vir. Item hieronimi. Quare fremuerunt. Sancti augustini.* Des. *Domine deus in adiutorium. Sancti Augustini.* Enarrationes: [1] (p. 1-2) Aug. in ps. I; [2] (p. 2-7) Hier. in ps. I. cum prologo qui inc. *Porta et clavis scripturarum spiritus sanctus est* (M. 26, 1355); [3] (p. 7-9) Aug. in ps. II; [4] (p. 9-13) Aug. in ps. III; [5] (p. 13-17) Aug. in ps. IIII; [6] (p. 17-22) Aug. in ps. V; [7] (p. 22-26) Hier. in ps. V (M. 26, 1361); [8] (p. 26-32) Aug. in ps. VI; [9] (p. 32-41) Aug. in ps. VII; [10] (p. 41-43) Hier. in ps. VII (M. 26, 1362, Des. *psalmus est et gratias agit deo. et deprecatur auxilium eius. ne incurrat in manibus saul*); [11] (p. 43-45) Hier. in ps. VII (Des. *altissimi. Pulchre dixit altissimi, quantum enim diabolus humiliatus est, tantum dominus exaltatus est*); [12] (p. 45-50) Aug. in ps. VIII; [13] (p. 50-61) Aug. in ps. IX; [14] (p. 61-62) Hier. in ps. IX (M. 26, 1364); [15] (p. 62-67) Aug. in ps. X; [16] (p. 67-69) Aug. in ps. XI; [17] (p. 69-70) Aug. in ps. XII; [18] (p. 70-72) Aug. in ps. XIII; [19] (p. 72-73) Aug. in ps. XIIII; [20] (p. 73-75) Hier. in ps. XIIII (MORIN, *Anecd. Mareds.*, 3, par. II, 27 ex hoc cod. et M. 37, 1965 post genuinas S. Aug. Enarrationes in ps.); [21] (p. 75-77) Aug. in ps. XV; [22] (p. 77-78) Aug. in ps. XVI; [23] (p. 79-83) Aug. in ps. XVII; [24] (p. 83-84) Aug. in ps. XVIII; [25] (p. 84-85) Aug. in ps. XVIIII; [26] (p. 85-87) Aug. in ps. XX; [27] (p. 87-89) Aug. in ps. XXI; [28] (p. 89-119) Aug. epis. CXL ad Honoratum (M. 33, 35-38. In ms. legitur titulus: *Incipit expositio sancti augustini de psalmo XII* (sic)); [29] (p. 119) Aug. in ps. XXII; [30] (p. 119-120) Aug. in ps. XXIII (Des. *Virtus enim et po-*

tentia quę subęgit et pręssit diabolum cum satellitibus eius. hec ostendunt illu (sic) *regem esse glorię*); [31] (p. 120-122) Aug. in ps. XXIIII; [32] (p. 122-123) Aug. in ps. XXV (Enar. I.); [33] (p. 123-124) Aug. in ps. XXVI (Enar. I. Inc. *Priusquam liniretur tyro christi loquitur*); [34] (p. 124-125) Aug. in ps. XXVII; [35] (p. 125-126) Aug. in ps. XXVIII; [36] (p. 126-127) Aug. in ps. XXVIIII (Enar. I.); [37] (p. 127-129) Aug. in ps. XXX (Enar. I. Des. *Omnes qui speratis in dominum Amen*); [38] (p. 129-134) Aug. in ps. XXXI (Des. *et eos iustificat ex fide*. M. 36, 263 n. 8); [39] (p. 134-142) Aug. in ps. XXXI (sequitur pars altera M. ib., 263 n. 9); [40] (p. 142-158) Aug. in ps. XXXII (Des. *conveniatis crastino die ad basilicam triturarum*); [41] (p. 159-176) Aug. in ps. XXXIII; [42] (p. 176-190) Aug. in ps. XXXIIII; [43] (190-199) Aug. in ps. XXXV; [44] (p. 199-227) Aug. in ps. XXXVI (sermo I. dividitur in duas partes ad verba *Noli subęmulari in malignantibus*. M. 36, 357, lin. 6 ab imo); [45] (p. 227-239) Aug. in ps. XXXVII; [46] (p. 239-254) Aug. in ps. XXXVIII; [47] (p. 254-270) Aug. in ps. XXXVIIII, [48] (p. 270-271) Aug. in ps. XL (Inter Comment. in Psalmos Arnobii Iunioris. M. 53, 382-383); [49] (p. 272-273). Enarr. in ps. XL. Absque titulo inc. *Inter cętera fratres dilectissimi opera iustitię quam grata et accepta sit deo misericordia presens psalmus edocuit.* Des *Dominus autem noster iesus christus habundare faciat dilectionem vestram in omni opere bono ut vos misericordię fructibus affluentes etiam ipse misericordia sua protegere dignetur. Cui est gloria in sęcula sęculorum Amen*); [50] (p. 273-283) Aug. in ps. XLI; [51] (p. 283-288) Aug. in ps. XLII; [52] (p. 288-295) Aug. in ps. XLIII; [53] (p. 296-311) Aug. in ps. XLIIII; [54] (p. 311-321) Hier. in ps. XLIIII (Hier. epis. LXV. M. 22, 622); [55] (p. 321-328) Aug. in ps. XLV; [56] (p. 328-333) Aug. in ps. XLVI; [57] (p. 333-341) Aug. in ps. XLVII; [58] (p. 341-359) Aug. in ps. XLVIII; [59] (p. 359-374) Aug. in ps. XLVIIII; [60] (p. 374-385) Aug. in ps. L; [61] (p. 385-386) Hier. in ps. L (Morin., *Anecd. Mareds.*, 3. par. II, 421 in append., ex hoc cod.); [62] (p. 386-395) Aug. in ps. LI; [63] (p. 395-400) Aug. in ps. LII; [64] (p. 400-406) Aug. in ps. LIII; [65] (p. 406-421) Aug. in ps. LIIII; [66] (p. 421-431) Aug. in ps. LV; [67] (p. 431-441) Aug. in ps. LVI; [68] (p. 441-454) Aug. in p. LVII; [69] (p. 454-468) Aug. in ps. LVIII; [70] (p. 468-476) Aug. in ps LVIIII; [71] (p 476-480) Aug. in ps. LX; [72] (p. 480-491) Aug. in ps. LXI (Des. *sęcundum opera eius* M. 36, 746); [73] (p. 491-500) Aug. in ps. LXII; [74] (p. 501-509) Aug. in ps LXIII; [75] (p. 509-519) Aug. in ps. LXIIII; [76] (p. 519-530) Aug. in ps. LXV; [77] (p. 530-537) Aug. in ps. LXVI; [78] (p. 537-540) Hier. in

ps. LXVI (M. 26, 1068-1072, lin. 1 ab imo. Des. *misereatur nostri. Cui est gloria in sęcula sęculorum. Amen*); [79] (p. 540-561) Aug. in ps. LXVII; [80] (p. 561-564) Hier. in ps. LXVII (M. 26, 1073-1081, lin. 9 ab imo. Inc. *Exsurgat deus... Et specialiter intelligitur in ipsum dominum ut resurgat.* Des. *mirabilis est deus quam in cęteris creaturis.* Non omnino cum edit. concordat); [81] (p. 564-581) Aug. in ps. LXVIII; [82] (p. 581-586) Aug. in ps. LXVIIII. Plerique prologi ab enarrationibus separantur.

Membr., mm. 495 × 340, pp. 590. Duplici columna, littera Benev., tempore Theobaldi abb., an. 1023, codex diligenter est exaratus. Initiales litteras manus rudis ac posterior coloribus variis exornavit. Tituli minio sunt conscripti et litterae maiusculae colore rubro, viride, flavo ac caeruleo sunt distinctae. P. 586 series Codicum occurrit, quos Theobaldus abbas anno 1023 exscribi curavit, quae series et in cod. 28 legitur (Cf. *Bibl. Casin.*, I, p. 275). Ultimum folium per medium excisum. Paucae sunt correctiones et additamenta quae in marginibus occurrunt. — Cf. Montf., I, 221; Caillau, 9; Car., I, 180; II, 78; Reiff., II, 337; *Bibl. Casin.*, I, IX; Tosti, I, 394; *Anecd. Mareds.*, l. c.; Loew, *The Benev. Script*, 50, 90, 203, 205, 212, 219, 222, 245, 288, 343. — Characterum specimina in *Bibl. Casin.*, II, tab. III et Loew, *Script. Benev.*

58 XX (ext. 58 et 186; int. 396).

Rolandi de Luca Summa, **Roffridi Benev.** Libellus de ordine iudiciorum, et alia.

1 (p. 1-90). **Rolandi de Luca** Summa super tribus libris Codicis. Inc. absque titulo: *De ingressu et occasione compositionis huius operis. Super libris novem. comentis sive summis a quibusdam iam peractis.* Des. *credendum est peculium ei esse legatum. ut in inst. de legatis* (Cf. *Bibl. Casin.*, II, 130 sqq.; W. M. d'Ablaing, *La Summa Rolandi de Luca* in *Nouvelle Revue historique de droit*, 1888, XII, p. 361).

2 (p. 90-532). *Incipit libellus de ordine iudiciorum compositus a ranfredo beneventano et iuris civilis professore. in quo opere continetur qualiter concipiantur libelli. et fiant confessiones et de natura cuiuslibet actionis poterunt studentes invenire unde incipit prohemium. Rubrica. Si considerarem ingenium et scientie proprie facultatem.* Des. *et sollicitudinem presens opusculum componentis. Finite sunt additiones libelli deo gratias. amen.* **3** (p. 535-632). *Incipiunt libelli*

rainfredi de iure canonico min... i. Super actionibus omnibus compositi sunt libelli per gratiam iesu christi qui de iure civili. Des. *suppleant que michi iuris canonici scientia non ministrat. ut al. E. de acqr. pos. quamvis.* (Cf. pro edit. Roffredi sive Odofredi opp., J. B. Brunet, *Manuel du libraire,* Paris, 1862, tom. IV, p. 159).

4 (p. 635-658). Inc. absque ullo titulo tractatus de censibus et procurationibus exhibendis: *Cum tractatus de censibus et procurationibus exhibendis sit frequens et utilis et cotidianus.* Des. cod. mancus: *mala committunt sciunt illi.* Titulos omnes qui in cod. leguntur in *Bibl. Casin.,* II, p. 132-141 invenies.

Membr., mm. 340 × 230, pp. 658. Charactere Gothico, saec. XIV, columna duplici, codex est descriptus, initialesque litteras rubro et caeruleo colore alterne exaratas et lineolis eiusdem coloris ornatas exhibet. Tituli rubri. Notae marginales passim occurrunt (Cf. *Bibl. Casin.,* II, p. 141-142). Pp. 533, 633 vacuae. — Cf. Montf., I, 221; Car., I, 331; II, 240. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.,* II, tab. III.

59 B (ext. 59 et 227; int. 94).

Thomae Cisterc. Comment. in Cantica Cant.

Lib. I (p. 1-35). Des. *hic igitur est caritas* (M. 206, 21-84, lin. 37). Lib. II (p. 35-57). Des. incompletus cum verbis: *ad proximos incipiant dulcescere* (M. ib., 85-144, lin. 5 ab imo). Lib. III (p. 57-93). Inc. *Ecce tu pulchra es..... Bis dicit pulchram.* Des. *ponens dexteram super effraim sinistra super manassen* (M. ib., 145, lin. 22—223, lin. 3. ab imo). Lib. IV (p. 93-126). Inc. *Adiuro vos filie.... Prohibentur adolescentule quas filias ierusalem dicit.* Des. *imminente passione dixit. non amodo de hoc genimine vitis* (M. ib., 227, lin. 34 — 292, lin. 15 ab imo). Lib. V (p. 126-152). Inc. *Surge amica mea. sponsa mea... Venerat sponsus ad sponsam.* Des. *Quarto per claritatem. ut hic in domino gloriemur. Inde testimonia tua meditatio mea est.* (M. ib., 293, lin. 7 — 350, lin. 25). Lib. VI (p. 152-179). Des. *non per excessum mentis humane* (M. ib., 351-417, lin. 3 ab imo). Lib. VII (p. 179-205). Inc. *Ibo mihi ad montem mirre..... In mirra mortificatio carnis.* Des. *et aromata celestis dulcedinis electis meis preparavi.* (M. 422, lin. 8 ab imo — 487, lin. 26). Lib. VIII (p. 205-230). Inc. *Comedi favum cum melle..... Favus sunt hii qui scripturas intelligunt.* Des. *De tertio. Viri galilei quid statis aspicientes in celum* (M. ib., 487, lin. 27—565, lin. 4). Lib. IX (p. 230-257).

Inc. *Dilectus meus candidus... Candidus quia in carne apparens.* Des. *et te laudabunt astra matutina* (M. ib., 565, lin. 15—623, lin. 3). Lib. X (p. 257-285). Inc. *Pulchra es amica mea... Hec ierusalem est celestis patria.* Des. *De tertio. Omnis gloria filie regis ab intus* (M. ib., 623, lin. 19-689, lin. 14 ab imo). Lib. XI (p. 285-306). Inc. *Iunctura feminum tuorum.... In feminibus ecclesie eius generatio spiritualis.* Des. *De tertio. Misericordie tue quod non sumus consumpti etc.* (M. ib., 690, lin. 8—739, lin. 13 ab imo). Lib. XII (p. 306-329). Inc. *Veni dilecte mi.... Set aiunt sancti patres desiderantes adventum christi.* Des. *in ascensione consummatio gaudiorum* (M. ib., 742, lin. 18 — 806, lin. 24). Lib. XII (p. 328-349). Inc. *Pone me ut signaculum.... Pone me super cor tuum per cogitationem.* Des. *eius presentia delectatur. qua perpetuo fruatur. ipso prestante qui vivit. et regnat. in secula. seculorum. Amen.* (M. ib., 809, lin. 12-860). Lib. XII subicitur: (p. 349-350). Index tractatuum ac capitum altera manu additus. Inc. [*O*]*sculetur me osculo oris sui. in quo tractatur de osculo. de commercio..,* Des. *Ego flos campi et lilium convallis.* [*D*]*e flore.* [*D*]*e significationibus floris*; (p. 351-357). Tabula rerum per ordinem alphabeticum disposita et tertia manu conscripta. Inc. [*A*]*qua triplex. t. I. c. VII. Aqua educta de petra. et petra de aqua. t. V. c. I.* Des. *Christus dicitur turris propter tria t. XI. c. V. Christus pulcher propter tria. idest et propter tria filius ebori.* Textus cod. brevior est illo editionis, cum quo et partitio librorum differt. Titulos codicis in *Bibl. Casin.*, (II, 148-153) invenies.

Membr., mm. 345 × 230, pp. 358. Saec. XIV., charact. Gothico, duplici columna diligenter cod. est exaratus. Tituli rubri. Versicula scripturistica maiori littera sunt conscripta. Initiales et maiusculae litterae colore rubro ac caeruleo alterna vice depictae. In summo margine numerus variorum librorum signatur. Quatuor ultima folia codici sunt addita. — Cf. Montf., I, 221; Car., I, 330; Tosti, II, 336. — Specimina scripturae in *Pal. Cas. Lat.*, tab. LVII et *Bibl. Cas.*, II, tab. IV.

60 B (ext. 60 et 228; int. 144).

Haymonis Halberstatensis Epis. Expositio in epp. S. Pauli.

Expositiones ordine sequenti in cod. leguntur: Ad Corinthios I (absque argumento), II; Ad Thessalonicenses I, II; Ad Timotheum I, Ad Galat., Ad Ephesios; Ad Philippenses; Ad

Colossenses (praevio argumento: *Colosenses et hi sicut laudicenses — ab epheso.* Cf. M. 119, 389; *Flor. Casin.*, I, p. 290); Ad Hebraeos (M. 117, 509-934, lin. 11). Desinit. cod. mutilus cum verbis: *extra conversionem carnium hominum.* Dominicarum et festivitatum titulos, qui in cod. leguntur, in *Bibl. Casin.* (II, p. 154-157) invenies.

Membr., mm. 340 × 250, pp. 420. Saec. XII, littera Carolina, pagina integra exaratus, cod. initiales epistolarum litteras colore rubro, flavo, viride, caeruleo ac violaceo exornatas habet; initiales aliae flavo tt. colore sunt distinctae. In summo margine paginarum tituli epistolarum minio conscripti occurrunt. In margine super. p. 1 bis legitur *Anno domini M.CC.XXI,* manu tamen diversa a textu codicis conscriptum. Priora membrana madore corrupta membranulis refecta sunt et pluribus in locis acu filoque serico consuta. Scripturam eorumdem foliorum manus posterior refecit. Cod. correctionibus interlinearibus scatet. In marginibus figurae nonnullae nullius vero momenti occurrunt. — Cf. Montf., I, 217, 221; Car., I, 87, 147; Tosti, II, 336. — Specimina scripturae in *Pal. Cas. Lat.,* tab. LVII et *Bibl. Casin.,* II, tab. IV.

61 FF (ext. 61 et 136; int. 883).

Librorum Sacrorum Concordantiae.

Concordantiae ordine alphabetico sunt dispositae, praevia notula: *Cuilibet volenti requirere, usque in finem capituli protendatur* (*Bibl. Casin.*, II, p. 158). Inc. *Ier. I. a. A. A. A. domine deus nescio loqui. XIIII. b. prophete dicunt eis.* Des. *Zelpha. Gen. XXX. b. sentiens lya quod parere desiisset Zelpham ancillam marito tradidit. Explicit expliceat ludere scriptor eat.* (Cf. codd. 45, 46, 47 Vatic. Latin.).

P. 402 continet concordantiam, altera manu conscriptam, nonnullorum verborum litterae *S* a scriptore in cod. omissam.

Membr., mm. 360 × 260, pp. 402. Gothico charactere, saec. XIV, triplici columna conscriptus, p. 1 cod. duas initiales litteras arte depictas exhibet, in quibus monachorum figurae conspiciuntur. — Cf. Montf., I, 217, 221; Car., I, 365. — Scripturae exemplum in *Bibl. Casin.,* II, tab. IV.

62 FF (ext. 62, 98, 229, 130; int. 693).

Librorum Sacrorum Concordantiae.

1 (p. 1-368). Concordantiae biblicae ordine alphabetico, ut in cod. praecedenti digestae. Mutilus cod. a voce *medium* incipit: *III R. III. b*

servus tuus in medio populi quem elegisti. VI. b. habitabo in medio filii israel. Des. *Ge. XXX. b. Sentiens lya quod parere desiisset zelpham ancillam tradidit marito. Expliciunt concordancie.*

2 (p. 371-401). Aliae concordantiae secundum ordinem sacrorum librorum dispositae. Inc. *Genesis. I. I. In principio creavit deus.* Des. *Apocalipsis iesu christi I Apocalipsis iesu christi si quis apposuerit. Deutō. XII. et LVIII. iob. XXV. parab. LVIII.*

3 (p. 403-455). ‹ **Remigii Autissiodorensis** interpretationes nominum hebraicorum ›. Inc. *Aaz aprehendens. vel apprehensio. Ad. testificans vel testimonium.* Des. *Zusitidis consilium vel consiliatrix. Zuzim consiliantes eos vel consiliatores eorum* (Bedae opp., ed. Coloniae Agrippinae, 1688, 3, col. 371-480).

4 (p. 456-478). Fragmenta concordantiarum quae in n. 1 desiderantur. Inc. *LI. a. de altitudine ventris inferi. ysa. II. c. incurvabitur altitudo. III.* Des. *hest. XV. b.* [*sit duas fami*]*lias.* idest a voce *Altitudo* ad vocem *Assumere.*

Membr., mm. 345 × 255, pp. 478. Saec. XIII-XIV volumen ex quatuor codicibus constat, Gothico charactere conscriptis (I, p. 1-370; II, p. 371-402; III, p. 403-454, mm. 330 × 235; IV, p. 456-478). Primus et ultimus triplici, secundus quadruplici et duplici columna tertius cod. est exaratus. In codice primo verba S. Scripturae in rubris ac caeruleis lineolis includuntur, in tertio, littera prima uniuscuiusque vocis rubro colore exaratur. Pp. 369, 370, 402 vacuae sunt relictae, in quarum secunda legitur nota: *Isti quaterni debent reddi monasterio casinensi.* In super. margine p. 371 verba occurrunt: *Liber iste est notarii G....* — Cf. Montf., I, 217, 221; Car., I, 365. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, II, tab. IV.

63 Z (ext. 63 et 132).

Decretales Gregorii IX cum glossis.

Lib. I (p. 1-227); lib. II (p. 227-407); lib. III (p. 407-807). — (Cf. *Decretales D. Gregorii Papae IX suae integritati una cum glossis restitutae*, Romae, 1582, col. 1-1966). Praeter glossas typis iam vulgatas, aliae occurrunt in margine, seu postillae ex diversis auctoribus exceptae (Cf. *Bibl. Casin.*, II, p. 160-169, ubi versus nonnulli et glossae aliquae dantur).

Membr., mm. 380 × 245, pp. 808. Charactere Gothico, saec. XIV, duplici columna descriptus, cod. glossis et notis marginalibus diversae aetatis

scatet. Pp. 1, 227, 407, initiales litterae auro et coloribus variis pulchre depictae conspiciuntur; maiusculae rubro ac caeruleo colore alterna vice sunt exaratae. P. 808 vacua. — Cf. MONTF., I, 221; CAR., I, 327. — Characterum specimen in *Bibl. Casin.*, II, tab. IV.

64 Z (ext. 64 et 89; int. 343).

Decretum Gratiani et alia.

1 (p. 1). Nicolai Maniacutii Catalogus metricus Romanorum Pontificum (*Flor. Casin.*, II, p. 12-13 ex hoc cod. Cf. et *Bibl. Casin.*, II, p. 170).

2 (p. 2-536). Decretum Gratiani (Cf. *Decretum Magistri Gratiani* in *Corp. Iur. Can.* edit. A. FRIEDBERG, Lipsiae, 1879, col. 1-1424). *Paleae* desiderantur in cod. nostro. Canon vero XII, Dist. XCVI qui in edit. cit. sub nomine *Palea* datur, in ms. legitur (Cf. not. 212. p. 342 in edit. cit.). Dist. LXXIII (*Palea*) additur in margine (p. 105) a secunda manu. Numerus vero Distinctionum cum edit. concordat eo quod Dist. LXXV editionis in ms. in duas dividitur distinctiones i. e. ad partem II Can. I, ad verba: *Tempus autem consecrationis trium mensium.* Parti primae Decreti (p. 3-134) praeponitur summarium ipsius partis sub titulo: *Incipiunt capitula decretorum a gratiano in ordine redactorum et primum prime partis Humanum genus* (*Bibl. Casin.*, ib., p. 171-172), et singulas secundae partis causas (p. 136-500) series capitum praecedunt (*Bibl. Casin.*, ib., p. 172-196). In spatiis pp. 486, 488, ab amanuensi vacuis relictis, altera manus canones concilii Remensis (an. 1148) addidit, titulo praeposito: *Hec sunt decreta eugenii III constituta in concilio remis habito quingentorum fere patrum* (Cf. MANSI, XX, 711). Additamenta in marginibus leguntur quae partim a scriptore coaevo, partim ab altero aevi posterioris conscripta sunt. De his et de glossis quibus cod. scatet cf. A. GAUDENZI, *L'età del decreto di Graziano e l'antichissimo ms. cassinese di esso* in *Studi e memorie per la storia dell'Università di Bologna*, vol. I, par. I, p. 67-96, ubi quanti pretii cod. iste sit auctor egregie demonstrat.

3 (p. 537). Capitula Concilii Alexandri III habiti Turonis, nullo titulo praecedente. (M. 190, 389-392 inter opp. S. Thomae Cantuar. Archiep. In cod. ordine seq. leguntur: I-IV, VIII, VI, VII, V).

4 (p. 538) *Ex decretis iulii pape* (*Bibl. Casin.*, ib., p. 196, ubi et Alexandri bulla quae in eadem legitur pagina datur).

Membr., mm. 418 × 270, pp. 538. Littera Carolina-Gothica, columna duplici, saec. XII et quidem an. 1146 (Cf. A. GAUDENZI, op. cit., p. 90) cod. est conscriptus. P. 1 secunda, et pp. 2, 470-486 tertia exaravit manus. P. 3 initialis littera *H* perbelle depicta et figuris ornata conspicitur (Cf. *Bibl. Casin.*, II, p. 170 et A. GAUDENZI, op. cit., p. 95). Et aliae initiales litterae nitide delineatae, auro sunt oblitae et coloribus variis illuminatae. Tituli rubri. In marginibus voces *distinctiones* et *causae*, numeris adiectis, colore rubro conscriptae occurrunt. — Cf. MONTF., I, 221; CAR., I, 291, 310; BETH., XII, 499; GAUDENZI, op. cit. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, II, tab. V.

65 Z (ext. 65 et 90; int. 342).

Decretum Gratiani cum glossis.

(P. 1-143) Decreti pars prima; (p. 143-591) pars secunda; (p. 591-641) pars tertia (Cf. *Decretum Gratiani cum glossis*, edit. Fradin, Lugduni, 1531). Fere adamussim cod. cum cit. edit. concordat. Quaedam *Paleae* desiderantur. Praeter glossas, quae non ab ipsa manu quae textum conscripsit sunt exaratae, et aliae adnotationes vel glossae posterioris aevi leguntur. Initium et finem Causarum et alia notatu digna in *Bibl. Casin.* (III, p. 197-201) invenies.

Membr., mm. 415 × 255, pp. 642. Gothico charactere saec. XIV, columna duplici, cod. est exaratus. Tituli rubri. Maiusculae litterae minio et caeruleo colore alterna vice exscriptae sunt. P. 1 littera *H* initialis auro illita et coloribus decorata, summum pontificem et imperatorem in parte super. repraesentat, in illa vero infer. alias sex figuras. Quae p. 642 leguntur, in *Bibl. Casin.* (II, p. 201) habes. — Cf. MONTF., I, 221, 366; CAR., I, 111; II, 263. — Specimen characterum in *Bibl. Casin.*, II, tab. V.

66 Z (ext. 66 et 139; int. 434).

Decretum Gratiani cum glossis.

(P. 21-197) Decreti pars prima; (p. 197-576) pars secunda; (p. 576-624) pars tertia (Cf. edit. cit. in cod. 65). Praeponitur: (p. 1-8) synopsis quaedam Decreti. Inc. *Verborum superfluitate penitus resecata de talento.* Des. *excommunicati transgressores tra. e. q. omnes etc. sicut. Laus tibi sit christe qui liber explicit iste;* (p. 9-20) alia Decreti synopsis;

inc. *Concordia canonum discordantium iuxta determinacionem gratiani Episcopi.* Des. *raptoribus suis licite valeant copulari.* Sequuntur nonnulli versus (Cf. *Bibl. Casin.*, II, p. 202). In cod. *Paleae* desiderantur. Praeter glossas antiquiores quas duo amanuenses conscripserunt, aliae additae sunt a manu posteriori. Passim inter notas versus in marginibus leguntur.

Membr., mm. 395 × 250, pp. 624. Charactere Gothico saec. XIV, binis columnis, non una manu cod. est conscriptus, nam textum Decreti una et glossas aliae manus exscripserunt. Decem folia priora codici assuta, ab aliis duobus scriptoribus sunt exarata (p. 1-8 Gothica, p. 9-20 cursiva scriptura). P. 570 legitur nota: *Explicit apparatus arborum consanguinitatis domni Iohannis andree doctoris decretorum bononie. Scriptus anno domini MCCCXI. none indictionis;* at est characteris alterius manus, quae ibi adiunxit *Arborem affinitatis* a praedicto Ioanne Andrea declaratam. Tituli rubri. Initiales et maiusculae litterae rubro ac caeruleo colore sunt depictae. Nonnullarum paginarum inferiores margines lineolis rubris ac caeruleis pulchre decorantur. — Cf. Montf., I, 221; Car., I, 366. — Scripturae exemplum in *Pal. Cas. Lat.*, tab. LXV et *Bibl. Casin.*, II, tab. V.

67 ZZ (ext. 67 et 113; int. 431).

Bernardi Papiensis Breviarium Extravagantium.

Huius operis conlationem cum *Antiquis Collectionibus Decretalium cum notis Antonii Augustini et Iacobi Cuiacii* in *Bibl. Casin.* (II, p. 206-210) habes. Continet cod. collectiones quae in edit. cit. (p. 1-225), *prima* et *secunda* vocantur.

Membr., mm. 355 × 235, pp. 244. Charactere Gothico, saec. XIII, duplici columna, cod. nitide est conscriptus, marginibus amplis undequaque relictis. Plura folia madore sunt corrupta, absque vero scripturae detrimento, si p. 1 excipias, quae litteram initialem *I* eleganter coloribus illuminatam exhibet. Spatia complura vacua relicta ad titulos recipiendos qui sicut et omnes initiales litterae minio exarantur. P. 244 in spatio vacuo relicto Thomae decani et Conventus Casinensis tres leguntur epistulae de morte Bernardi Abbatis (1264-1282), ad Karolum regem, ad Card. S. Georgii in Velo aureo et ad Martinum Pp. IV (Gatt., *Hist., Cas.*, II, p. 482). P. 1 tituli recentioris manus habentur: *Decretalis veteris* et *Decretale Vetus.* — Cf. Montf., I, 221; Car., I, 328; II, 229. — Specimen characterum in *Bibl. Casin*, II, tab. V.

68 (ext. 68 et 240; int. 343).

Decretum Gratiani.

Membr., mm. 350 × 240, pp. I-XII, 1-908 (desiderantur pp. 1, 2, 399, 400, 843-6, 889-96). Saec. XIV, eleganti littera Gothica, duplici columna codex est descriptus ac initialium litterarum, alias politissima arte auro illitas et coloribus variis suaviter depictas, quarum non paucae barbare sunt recisae, alias caeruleo ac rubro colore nitide designatas lineolisque rubris et caeruleis exornatas praebet. In summo margine numeratio foliorum minio exarata ad n. CCCCXLIIII usque perducitur. In margine infer. p. 712 caput hominis

recentior manus delineavit. — Cf. GATT., *Hist.*, II, 570, 572; MONTF., I, 222; CAR., I, 368; A. EBNER, op. cit. in cod. praec., p. 99-100. — Specimen scripturae in *Bibl. Casin.*, III, tab. IX.

129 CC (ext. 129 et 145; int. 95).

Petri Lombardi Commentaria in psalmos.

In fine commentariorum (M. 191, 55-1296) leguntur colore rubro conscripta verba: *Explicit liber ymnorum vel soliloquiorum de christo.*

Membr. mm. 410 × 280, pp. 572. Charac. latino-gothico saec. XIII, duplici columna nitide exaratus. Initiales litterae auro et coloribus, maiusculae rubro et caeruleo colore alterna vice pulchre sunt depictae lineolisque caeruleis et rubris exornantur. Psalmorum tituli minio sunt exscripti sicut et auctoritates in margine super. foliorum. Foliorum complurium superiores margines madore sunt corrupti absque vero scripturae iactura. — Cf. MONTF., I, 222; CAR., I, 332. — Characterum specimen in *Bibl. Casin.*, III, tab. X.

130 CC (ext. 130 et 92; int. 327).

Petri Lombardi Collectanea in epis. S. Pauli.

[1] (p. 3-141) Ad Rom., prologo (p. 1-3) praeeunte; [2] (p. 141-250) Ad Cor. I; (p. 251-307) II; [3] (p. 307-54) Ad Gal.; [4] (p. 354-89) Ad Eph.; [5] (p. 389-412) Ad Phil.; [6] (p. 412-32) Ad Col.; [7] (p. 432-48) Ad Thess. I; (p. 448-58) II; [8] (p. 458-82) Ad Timot. I; (p. 482-97) II; [9] (p. 497-505) Ad Titum; [10] (p. 505-8) Ad Phil.; [11] (p. 508-90) Ad Hebr. (M. 191, 1297-696; 192, 9-520). Des. cum verbis: *Explicit liber iste.*

Membr., mm. 425 × 300, p. 590. Saec. XIII charac. Gothico duabus columnis exaratus est codex, litterisque initialibus, variis coloribus et maiusculis rubro et caeruleo colore alterne nitide depictis, lineolisque rubris ac caeruleis adornatis, exornatur. Tituli in summo margine foliorum litteris rubris et caeruleis et auctoritates minio exscripta. Folia postremà a tineis perforata. Pp. 591-2 albae. — Cf. MONTF. I, 222; CAR., I, 330. — Specimen scripturae in *Bibl. Casin.*, III, tab. X.

131 B (ext. 131 et 121; int. 457).

Haymonis Halberstatensis Expositiones in epp. S. Pauli.

Expositionibus praeit prologus (p. 1-2) cum titulo: *Incipit prologus Sancti Remigii episcopi super epistolas Pauli apostoli. Ab achaia regione grecorum. a chorinto civitate* (M. 117, 361-4. Inter opp. Haymonis Halberstat. epis.). [1] (p. 3-142) Ad Rom. (M. ib., 364-508); [2] (p. 142-229) Ad Cor. I (M. ib., 507-606. Des. in cod. *omnia superius commemorata*); [3] (p. 229-84) Ad Cor. II (M. ib., 605-68); [4] (284-95) Ad Thess. I (M. ib., 765-78); [5] (p. 295-300) Ad Thess. II (M. ib., 777-84); [6] (p. 300-14) Ad Timot. I (M. ib., 783-98); [7] (p. 314-24) Ad Timoth. II (M. ib., 797-810); [8] (p. 325-53) Ad Gal. (M. ib., 669-700); [9] (p. 353-85) Ad Ephes. (M. ib., 699-734); [10] (p. 385-402) Ad Phil. (M. ib., 733-54. Des. *manebit et in corpore*); [11] (p. 402-19) Ad Col. Praecedit Prologus: *Colocensibus scribit apostolus hanc Epistolam. Colocenses autem sunt asiani.* Expositio inc.: *Paulus: Cognito omnibus nomine,* et usque ad verba: *non esse gentibus promissa. quod verbum est* (p 408), desumpta est sicut et prologus ex Collectaneis Petri Lombardi in epis. S. Pauli (M. 192, 258, lin. 5 ab imo — 267, lin. 20) Quae sequuntur: (p. 409-419) *Misterium quod absconditum fuit a seculis et generacionibus. Misterium incarnacionis — ac remissio peccatorum maneat semper vobiscum. amen.,* iterum inter opera Haymonis Halberstat. (M. 117, 753-66); [12] (p. 419-24) Ad Phil. (M. ib., 813-20); [13] (p. 424-7) Ad Titum (M. ib., 809-14); [14] (p. 427-522) Ad Hebr. (M. ib., 819-938). Subicitur tabula Dominicarum et festivitatum, in quibus tractatus legebantur, sicut et in corpore codicis adnotatur. Inc. *In adventu domini. dominica prima. Quecumque scripta sunt ad. Ad Romanos LVIIII.* Des. *In invencione sancte crucis. Misterium dei quod absconditum fuit. Ad colocenses. CCIIII.* (Num. folia codicis indicat).

Membr., mm. 345 × 260, pp. 524. Codicem Gothico charact. duplici columna nitide exaravit quidam frater Ioannes uti ex hac nota (p. 521) eruitur: *Explicit epistola ad hebreos per manus fratris Ioannis. pro quo placeat deum orare. Anno domini M° CCCC° XXXVI Amen,* quem et litteris initialibus rubris et caeruleis alterna vice depictis exornavit. In summo margine foliorum, epistolarum inscriptiones et numerus foliorum minio exscripta leguntur sicut et tituli. In pp. 168, 408, membrana in parte alba relicta, notae

occurrunt: *Hic non est defectus lege securus* et *Hic non est defectus set habundancia pergameni.* — Cf. MONTF., I, 217, 222; CAR., I, 423; II, 295. — Exemplum scripturae in *Bibl. Casin.*, III, tab. X.

132 EE (ext. 132 et 40).

Rabani Mauri De universo lib. I-XXII.

Libros I-XXII (M. 111, 13-613) praecedit (p. 1-2) index capitum lib. XX-XXII quae cum illis in editione capitibus appositis concordant. Index lib. I-XIX propter recisionem nonnullorum foliorum desideratur. Operi, omissa praefatione, titulus rubricatus praeponitur: *In nomine domini incipit lib*[*er pri*]*mus. rabani de originibus rerum.* Cod. mutilus desinit cum verbis: *interdum pro cura* (M. ib., 613, lin. 8) et 361 figuris ornatur, rudi manu et variis coloribus depictis, quarum 138 exhibentur in opere cui titulus: A. AMELLI, *Miniature sacre e profane dell' anno 1023 illustranti l'Enciclopedia mediovale di Rabano Mauro*, Montecassino, 1896.

Membr., mm. 490 × 350, pp. 530. Littera Lang.-Casin. binis columnis, sub Theobaldo Casin. abbate an. 1023 (cf. AMELLI, op. cit., p. XVIII-XIX) descriptus est codex. Tituli sunt rubri et initiales litterae coloribus impolite pinguntur. In marginibus notulae manus saec. XIV et XV occurrunt. Folia priora humore pessumdata et a tineis perforata, nonnullis in locis acu filoque serico sunt consuta. Titulus recentior (p. 1) legitur: *Rabanus De Origine Rerum.* et in p. 2 manus saec. XV notam hanc adiecit: *Iste Rabanus... [philo]sophus Ethimologista atque poeta et monachus... post abbas Vuldene deinde archiepiscopus Maguncie doctor magnus. claruit et plura scripsit etc. Strabus discipulus eius etiam notabilis.* In margine super. p. 530 haec leguntur manu saec. XIV conscripta: *Ego frater Berardus de* et *liber secundus sententiarum petri de alvernia.* — Cf. GATT., *Hist.*, 469; MONTF., I, 219, 222; CAR., I, 180; BETH., XII, 500; TOSTI, 395; AMELLI, op. cit.; E. BERTAUX, *L'art dans l'Italie mérid.*, Paris 1904, p. 197; A. MARIGNAN, *Les fresques de S. Angelo in Formis* in *Moyen Age,* 1910, p. 20, 37; G. L. BERTOLINI, *Gli Evangelisti di Assisi e qualche altro caso di iconografia geografica* in *Boll. Soc. Geografica,* Marzo, 1911; ID., *A proposito di un' antica Cronaca Alessandrina,* Roma, 1912, p. 10-15 (ubi et quaedam figurae codicis exhibentur); LOEW, *The Benev. Script,* 179, 185, 192, 212, 219, 220, 225, 288, 291, 297, 344. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.,* III, tab. XI; LOEW, *Script. Benev.,* tab. 59.

133 FF (ext. 133 et 209; int. 624).

Rabani Mauri Expositio in libros Regum.

Singulis libris (M. 109, 9-280) praefixa sunt capita: (p. 2-3) lib. I; (p. 69-70) II; (p. 118-20) III; (p. 202-3) IIII.

Membr., mm. 345 × 250, pp. 242. Littera Benev. saec. XI, duplici columna exaratus codex paucas litteras initiales atramento et rubro colore rudi manu depictas offert. Librorum inscriptiones rubrae. Scriptura pluribus in locis evanida et refecta. In fine p. 242 versus alterius manus leguntur: *Ars sit ubi a teneris crimen conducitur annis* (*Bibl. Casin.*, III, p. 201); alii versus sunt abrasi. — Cf. MONTF., I, 217, 222; CAR., I, 179; LOEW, *The Benev. Script*, 165, 211, 214, 344. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, III, tab. XII.

134 KK (ext. 134 et 114).

Rabani Mauri De laudibus S. Crucis.

(p. 2-97) Lib. I (M. 107, 141-264); (p. 97-141) lib. II (M. ib., 265-94). Plura desiderantur in cod. propter abscissionem nonnullorum foliorum. Figurae etiam desunt quae in edit. signantur num. I, II, III, IX, XV, XXIII, XXVIII.

Membr., mm. 348 × 255, pp. 142. Littera Carolina saec. XI pagina integra codex est descriptus. Figurae satis ineleganter sunt depictae. Initiales litterae et tituli minio exscripta. P. 1 vacua. In margine infer. p. 141 manus recentior litteris graecis et latinis nomina exaravit: *Sanctus mikahel. Sanctus gabryhel. Sanctus raphahel.* In p. 142 hymnus legitur altera manu conscriptus et neumis instructus: *Verbum bonum et suave* (CHEVALIER, *Repert. hymnol.*, n. 21343). — Cf. MONTF., I, 217, 222; CAR., I, 147; *N. Ar.*, IV, 581; XXXII, 674. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, III, tab XII.

135 *ZZ* (ext. 135 et 58; int. 432).

Ioannis Theutonici O. Pr. opera nonnulla.

1 (p. 1-463). ⟨Summae Confessorum lib. I-IV⟩. Praemittuntur: [1] (p. 1). Notula quaedam quae inc. *Nota quod lectur iste frater iohannes* (*Bibl. Casin.*, III, p. 206); [2] (ib.). *Pro*[*logus fratris iohannis*] *lectoris in priorem libellum questionum casualium.* [*Q*]*uoniam* [*d*]*ubiorum* [*n*]*ova cotidie difficultas* [*e*]*mergit casuum*;

[3] (ib.). *Incipit prologus eiusdem fratris Ioannis lectoris in summa confessorum. Saluti animarum et proximorum utilitati.* 2 (p. 463-9). *Index Summae s. Raymundi de Pennafort*, titulo praeposito: *Isti sunt paragraphy summe fratris Raymodi per [numerum suum qui] ut plurimum in hac summa confessorum eorudem fit mentio. alias assignatio. In parvis tamen particulis non semper assignantur hic paragraphi. quia propter littere paucitatem. non est labor in querendo.* Inc. *Prologus. [Q]uoniam ut ait ieronimus. [De simo]nia. ti. primus. [I] Quoniam inter crimina etc.* Des. *VII. Illud in summa notandum. Expliciunt paragraphy.* 3 (p. 469-86). *Incipiunt statuta summe confessorum ex sexto decretalium addita quantum pertinere videtur ad materiam eiusdem summe ac sub eisdem titulo et numero questionum. [Prologus. N]e libri qui de summa confessorum iam [cons]cripti erant.* Inc. *De symonia. t. I. q. LXXXIIII. [I]n primo ergo libro.* Des. *Certum est quod is committit in legem qui legis verba complectens contra legis intitui voluntatem. Explicit compendiosa collectio quorundam statutorum ex sexto decretalium addita ad summam confessorum. Deo gratias. Amen.* 4 (p. 487-552). Index seu tabula Ioannis Summae ordine alphabetico disposita. Inc. *[A]bbas. utrum unus abbas possit presidere in diversis monasteriis. l. I. t. VI. de. aposta. q. XXV. utrum aliquis.* Des. *Quere votum. elimosina. accusatio. adulterium. divortium. furtum. matrimonium. Et in multis aliis locis. Explicit Tabula super summa confesso*//////// *Deo gratias. Amen.* Praemittitur praefatio: *[I]n hac tabu[l]a [u]bicumque simpliciter libri vel questionis — donec tota unius dictionis materia perlega[tur].* Tabula haec etiam materiam additionum ex sexto decretalium respicit. 5 (p. 553-71). Confessionale. Absque titulo inc. *[Cu]m aliquis [p]etit suam confessionem audiri.* Des. *et testamentum celeriter expediant frequentibus admonitionibus impulsabis. Explicit confessionale fratris Iohannis theutonici de ordine predicatorum.* Praecedunt prologus: *[Si]mpliciores [et] minus expertos [con]fessores [d]e modo audiendi [con]fessiones — secundum modum presentis opusculi videbitur opportunum* et capitula: (*I*) *De admonitionibus generalibus* — (*XVI*) *De penitentia in extremis sive infirmorum.* (de Ioannis Theutonici scriptis et edit. cf. QUETIF-ECHARD, *Scriptores ord. praed.*, Lutetiae

Paris., 1719, I, p. 524-5 et H. HURTER, *Nomenclator Literarius*, II, 515). Subiiciuntur (p. 571) recentioris manus quaedam de tempore interdicti ex Ioanne Andreae (*Bibl. Casin.*, ib., p. 208).

Membr., mm 390 × 240, pp. 572. Codex, saec. XIV, binis columnis scriptus litteras initiales auropictas et coloribus exornatas offert, quarum non paucae barbare sunt resectae. Maiusculae rubro et caeruleo colore alterna vice sunt depictae et lineolis caeruleis ac rubris exornantur. Tituli minio exarati. — Cf. MONTF., I, 222; CAR., I, 367; II, 276. — Scripturae exemplum in *Bibl. Casin.*. III, tab. XII.

136 Z Z (ext. 136 et 277; int. 415).

Raymundi de Pennafort, Bartholomaei Brix., Uberti de Bonacurso, Tancredi Bononiensis, Damasi Hungari, Roffredi Benev., Gualterii, Bernardi Dorne, Bonaguidae et aliorum opera iuridica.

1 (p. 1-68; 121-9). **Raymundi de Pennafort** Summae de casibus lib. I-IV) (ed. LAGET, Veronae, 1744, p. 1-536). In fine lib. IV (cod. p. 121-9) qui *Summa matrimonii* inscribitur, legitur rubrica: *Explicit Summa matrimonii collecta per fratrem Raymundum.*

2 (p. 68). Arbor variarum specierum virtutum et vitiorum. Inc. sine titulo: *IIIIor sunt species honestatis. Honestum est quod sua in nos trahit.* Des. *Usus contra naturam est ut masculus masculum polluat et mulier mulierem.*

3 (p. 69-106). **Bartholomaei Brixiensis** Summa super titulis decretalium (in ms. *Incipit Summa super titulis decretalium a magistro bartholomaeo brixiensi compilata de summa trinitatis et fide catholica.* Inc. *Formavit deus hominem... XXXIII q. V. hec ymago etc. de penis. si quis in metallum. fuit enim creatus in perfecta etate.* Des. *et coniungi non possunt quibus studia sunt diversa XVI. a. VII nova actione. Explicit summa super titulis decretalium.* Cf. HURTER, *Nomen. Litt.*, Oeniponte, 1906, II, p. 370-1).

4 (p. 106-17). **Uberti de Bonacurso** Preludia seu Exceptiones (ed. Lugduni per Ioan. Crespinum an. 1533 et Coloniae Agripp. an. 1583 per Ioan. Gymnicum).

5 (p. 117-20). Tractatus de libellis (Sine ullo titulo inc. *Videamus modo in quibus casibus datur libellus.* Des. *quam excludit inopia debitoris de solutionibus odoardus et permultas leges.* Octo habentur capitula. Tituli capp. 3 et 4 tt. leguntur in cod. *De libellis matrimonii* et *De libellis decimarum*).

6 (p. 120). Quaestiones iuris: [1] Inc. *Fructuum alii sunt naturales ut poma pira.* Des. *si fructus maturos patiatur corrumpi.* [2] Inc. *Impinsarum alie sunt voluptarie sive voluntarie ut fiant picture.* Des. *plus valet camera propter picturam. XX vel XXX sol.* [3] Adnotationes nonnullae pro memoria: Inc. *Si vis iure queri tibi sit presumptio veri.* Des. *et facti ig. l. ult.*

7 (p. 129-46). **Tancredi Bononiensis** Ordo iudiciarius (in ms. *Incipit libellus tancredi:* Ed. Bergmann, *Pillii, Tancredi, Gratiae ll. de iudiciorum ordine,* Göttingae, 1842).

8 (p. 146-56). **Damasi Hungari** Brocarda (in cod. *Incipiunt brocarda magistri Damasi ungari ad utilitatem scolarium disputancium composita.* De edit. cf. Hurter, op. cit., p. 250).

9 (p. 156-204). **Roffredi Benev.** Libelli de iure canonico (In ms. legitur titulus: *libellus domni ranfredi beneventani super libellis in iure canonico secundum formam romane ecclesie optinendis;* et in fine operis: *Explicit libellus in iure canonico compositus per domnum Rofredum beneventanum. scriptus per didacum petri yspanum.* Cf. cod. Casin., 58, p. 535; Hurter, op. cit., 299-300).

10 (p. 205-10). Quaestiones nonnullae iuris: [1] (p. 205) *De impedimentis arbitrii et qualiter debeat in arbitros compromitti.* Inc. *Ad hoc ut arbitrium ita conficiatur ut ei nichil opponi possit.* Des. *et in singulis committatur in solidum. Ego talis, notarius interfui... etc.;* [2] (ib.) Inc. *Lectori arboris vacaturum prius nosse oportet quare arbor fuerit sic depicta.* Des. *hiis igitur ad instructionem arborum sic premissis videndum est de obiectiunculis etc.;* [3] (p. 206-7) Inc. *Questio talis est. Causa commissa fuit alicui iudici delegato a sede apostolica. iste commisit causam cuidam monacho. obicitur quod ipse non potest audire nec iudicare quia monachus est.* Des. *In ista solutione convenit magister b.;* [4] (p. 207-8) Inc. *Quidam dicebat se esse episcopum qui nunquam fuit in episcopatum ordinatus.* Des. *non subest in effectu ex. de consuetudine. quanto;* [5] (p. 208) *Questio talis est quidam legatus*

de latere romani pontificis missus statuit in sua provincia quod nullus qui non esset in maioribus ordinibus constitutus haberet vocem in electionibus faciendis. Des. *de integ. restit. coram*; [6] (ib.) *Nota causas ingratitudinis propter quas potest pater filium exheredare.* Inc. *Si quis parentibus suis manus intulit.* Des. *et hoc quidem pro ingratitudinis causa concedimus*; [7] (ib.) *Nota causas propter quas licet filiis alienare parentibus a rebus in quibus habent testandi licentiam.* Inc. *Primo si parentes ad interitum vite.* Des. *quam supra de parentibus iussimus*; [8] (ib.) *Nota causas propter quas frater privatur successione bonorum fratris.* Inc. *primo si mortem voluit inferre fratri.* Des. *emolumento prorsus excluso.*

11 (p. 209-10). Notulae quaedam de: Collatione beneficiorum, Temerario iuramento, Potestate vel impotentia delegati, Potestate capituli sede vacante, Electione episcoporum. Notulae desumptae sunt ex opp. *G(uilielmi) nas(onis)* qui in fine uniuscuiusque ipsarum citatur.

12 (p. 210-5). **Ioannis de Sacro Bosco** Breviarium iuris (In ms. *Incipit margarita.* Inc. *Verborum superficie penitus resecata de talento credito.* Des. *excommunicati transgressores XVII q. IIII omnes etc. sicuti.* Cf. cod. Casin., 66, p. 1-8; T. Tanner, *Bibl. Britann.-Hisp.*, Londini, 1748).

13 (p. 215-22). Quaestiones nonnullae iuridicae: [1] (p. 215-6) De falsis instrumentis (Absque titulo inc. *Quoniam nonnulli in iudiciis sepe falsis, sepe suspectis, vel vitiosis utuntur instrumentis.* Des. *de fal. ubi yvo.*); [2] (p. 216) De votis conditionalibus (Absque titulo inc. *Queritur utrum vota condictionalia vel consensus.* Des. *nec aliquid in electionibus operantur*; [3] (ib.) De successione (Inc. sine titulo: *Ut plene scias de successione.* Des. *de her. ab in.* § *primo*); [4] (p. 217) De impedimentis matrimonii (Inc. absque titulo: *Nota quod impedimenta matrimonii sunt XV.* Des. *si quis etc. sequenti*); [5] (p. 218) Friderici II Constitutio de libertate eccles. (Nullo praeposito titulo inc. *Nos Fridericus Romanorum imp. et semper augustus. hac editali lege irritamus.* Des. *beneficio absolutionis obtento.* Ed. J. Z. A.: Huillard-Bréholles, *Hist. Dipl. Frid. II*, Parisiis, 1852, tom. II, p. I, p. 3-4, n. 1-3); [6] (ib.) *In presenti nota an subsequencia privilegia derogent antiquioribus privilegiis.* (Inc. *Unde primo videndum est quid sit privilegium.* Des. *ut ex.e.t.quod nullus.*); [7] (p. 218-9) *Nota in quibus differunt arbitri et iudices et in quibus conveniunt* (Inc. *Conveniunt quidem in*

hoc. Des. *ex. e. t. bertrandi*); [8] (p. 219) *Nota quod ante litis ingressum vel post vel ante sententiam vel post potest appellari* (Inc. *ex. de app... Set si ante sententiam vult appellare.* Des. *et de ap. c. sua*); [9] (ib.) Inc. *Quaeritur an spoliatus sit restituendus antequam iudicetur vel ad causam vocetur. vi. q. 1.;* [10] (ib.) Inc. *Nota quod iniuria large dicitur esse.* Des. *l. ult. m. bertran.;* [11] (ib.) Inc. *Quaeritur an testis in causa super qua inducitur ad ferendum testimonium preter iuramentum quod prestat super testificationem teneatur dicere se esse talem vel talem.* Des. *Secus si non continetur;* [12] (ib.) Inc. *Nota quod ista inducunt dispensationem. necessitas. utilitas. prerogativa meritorum.* Des. *hii qui. M⟨agister⟩ B⟨ertrandus⟩;* [13] (p. 219-20) Inc. *Nota secundum magistrum bertrandum quod archiepiscopus potest visitare provinciam suam suo iure.* Des. *hoc idest etc. M. bertrandum;* [14] (p. 220) De confessione (Inc. absque titulo: *Veniens ad sacerdotem pro peccatis confitendis.* Des. *qui habet aures audiendi audiat etc.;* [15] (p. 221) De comparitione coram arbitro (Absque titulo inc. *ponamus quod compromissum factum est secundum rationem comparuerint litigatores coram arbitro.* Des. *ex. e. cum dilectus. verbertus de bobio;* [16] (ib.) Inc. *Qualiter examinentur testes vel interrogentur secundum formam curie cum imminet inquisicio facienda.* Des. *per ordinem veraciter respondebunt.*

14 (p. 222-3). Excerpta quaedam ex Decreti titulis Inc. absque titulo: *XCVI. De hiis qui laici sine consensu apostolici in ecclesia disponunt et quando liceat eis interesse ecclesie.* Des. *A. V. C. de manus impositione in quadragesime observatione et iocunditate et aliis capitulis.*

15 (p. 223-4, 231). Formulae quaedam. (Inc. *Forma prime citationis. b. c. iudices t. rectori tali ecclesie.* Des. (p. 231) *Lictere prime citationis. Salutem in eo qui est vera salus.... in cuius rei testimonium etc. laus tibi sit christe*). Titulos formularum in *Bibl. Casin.*, III, p. 228 invenies.

16 (p. 225-30). Tractatus nonnulli iuris: [1] (p. 225) *De discordia testium et de consonantia et qualiter debeant recipi et repelli* (Inc. *Quoniam iusta petentibus secundum relacionem dominicam.... idcirco Vincentius iuste peticioni domni iohannis assessoris domni W. de rod. pot.* Des. *et l. luctus*); [2] (p. 225-7) *Decem tempora seu distinctiones consueti usus causarum.* (Inc. *Ad summariam noticiam consueti usus causam quodam modo accingendam distingue I. tempora.* Des. *de hoc invenies satis notatum ibi*); [3] (p. 227-8) *De ex-*

ceptione dilatione et peremptione (Inc. *Multis ex meis sociis instantibus super exceptionibus tam dilatoriis quam peremptoriis doctrinam tradere eam trado breviter prout possum.* Des. *que notantur de iure et facto. ig. l. i.*); [4] (p. 228-30) *De ordine iudiciorum et qualiter sententia sit ferenda.* (Inc. *Quoniam ut in.... forte previdi de ordine iudiciorum tractare.* Des. *in quibus positus alii prelati app. dispensate: Explicit*).

17 (p. 231-2). Decreti tituli. Inc. *Incipit primus liber de constitutionibus. Rubrica di. III et IIII per totum.* Des. *De iudeis et sarracenis. XLV dist. quis in causa... iudeorum sepe... omnes cause.*

18 (p. 232). *Tractatus de dispensatione.* Inc. *Hic incipit tractare de dispensatione unde videndum est quid sit dispensatio.* Des. *S. LIIII. di. si servus. M⟨agister⟩ B⟨ertrandus⟩.*

19 (p. 232-4). Variae notulae iuris et alia: [1] (p. 232-3) Nota circa testes (Inc. absque tit. *Nota igitur circa testes quod post publicationem.* Des. *quod non est in testibus.... iohannes et M⟨agistro⟩ B⟨ertrando⟩*; [2] (p. 233) Breves notae iuridicae De exhibitione instrumentorum in iudicio, De ordine iudiciario ex *M⟨agistro⟩ B⟨ertrando⟩* desumptae (Inc. *Nota quod propria instrumenta non tenetur quis adversario exhibere.* Des. *di. I tua. M. B.*), quas sequitur brevis nota: *Nota circa quod regular victus victori condempnatur in expemscis — ratione litigandi*; [3] (ib.) Definitiones vocum iuridicarum. (Absque tit. inc. *Ex ore fodentis processit gladius bis acutus.* Des. *de re. di... singulorum*); [4] (p. 234) De actione, exceptione et replicatione in iudicio (Inc. absque tit. *Nota quod quicumque agit in iudicio aut intendit actionem, aut exceptionem aut replicatiouem.* Des. *iudex det possessionem*); [5] (ib.) Inc. *Sacra scriptura quatuor modis exponitur.* Des. *indelecta conspicimus*; [6] (ib.) Versus nonnulli (ed. *Bibl. Casin.*, III, p. 229); [7] (ib.) Causa quaedam de haereditate (Inc. absque tit. *Rainaldus in civitate urbevetana.* Des. (p. 233) *et hoc est quod in lictera continetur*).

20 (p. 235-41). *Incipit liber receptionum qui dicitur actor et reus.* Inc. *Quidam litteras impetravit sub tali forma. gregorius episcopus servus servorum dei.* Des. *et replicant ad presens sufficiant.*

21 (p. 241-8). **Gualterii** Tractatus de ordine iudiciario (Titulo defic. inc. *Scientiam omnes naturaliter appetunt... inde est quod ego Gualterus ad peticionem sociorum meorum ea que ad frequentem usum causarum velut esum necessaria sunt compendiosa tractatu tradere proposui sequens vestigiam viri excellentissimi ingenii magistri petri*

prevelli. Quia ergo iudicium dicitur trinus actus trium personarum scilicet actoris iudicis et rei videndum est que actor que iudex que reus vicissim agere et quo ordine debeant. Des. *que publicum instrumentum composuit propter hoc viros suis non amittit.*

22 (p. 251-8). De officio iudicis (Inc. absque titulo et initio:... *larium dicitur certum... ut peti possit.* Des. *Hic enim licet interveniat cruciatus corporis nisi intervenerit ille cruciatus qui corpore inferentis.* Tractatus in quinque dividitur capitula).

23 (p. 259-64). Breves notulae de iure canonico. Inc. absque titulo: *Tribus modis adultatur quis alterum attribuendo alicui bonum quod non habet.* Des. *in eodem evangelio quia aqua mutata est in vinum.*

24 (p. 265-77). **Bernardi Dorne** Summula de libellorum compositione. (In cod. legitur titulus: *Incipit libellus bernardi dorne.* Inc. *Quoniam nefanda subdolaque hominum caliditas adeo epululavit... Quapropter ego bernardus dorna provincialis ad instanciam precum quorumdam amicorum et sociorum dominorum meorum valde probatorum summulam de libellis proponere et de eorum compositione ausus sum... Tractaturi divina favente gratia libellorum compositione.* Des. *si moratur in civitate habet X dies si extra habet XX.* Cf. Savigny, *Gesch. Rom. Rechts Mittel.* 1850, V, 151-5).

25 (p. 278-80). Nonnullae libellorum formulae (absque titulo inc. *Anno et die tali curia iniuncxit tali.* Des. *in hac lite vel occasione eiusdem litis*).

26 (p. 281-316). **Damasi** Summa Decretalium (In cod. *Incipit summa damasi a magistro ioanne compilata.* Inc. *Iuri operam daturus prius nosse oportet quid iussit.* Des. *et erit res deponenda in ede facta ut ss. de po. l. ei sult.* Cf. Hurter, op. cit., 250).

27 (p. 317-31). **Tancredi Bononiensis** Summa de sponsalibus et matrimonio. (In cod. *Incipit summa de sponsalibus et matrimoniis a magistro tancredo bononiensi compilata.* Hurter, op. cit., 258).

28 (p. 333-53). **Bonaguidae Aretini** Summa introductoria super officio advocationis in foro ecclesiastico (ed. A. Wunderlich, Gottingae, 1841).

29 (p. 353). Versus nonnulli de iure (ed. *Bibl. Casin.*, III, p. 239).

30 (p. 355-68). *Incipit libellus fugitivus contra rescripta domini pape*. (Inc. *Cum plures libelli super causarum excessus a predecessoribus nostris fiunt.* Des. *et hoc suficiant de hoc opusculo ad presens. Explicit libellus fugitivus contra rescripta domini pape. Deo gratias*).

31 (p. 371-85). **Rollanducii** Artis notariae pars. (Inc. *Novum capitulum de ordine cognitionum. In antecedentibus huius operis iuxta mee cognitionis exigue modulum.* Des. *De operis elusione actio gratiarum. R. Ecce iam quicquid ego Rollanducius humilis notariorum minister... honor et gloria in secula seculorum. Amen. Amen. Amen.* Ed. Venetiis 1574 typis I. Rampazei, tom. II). Cf. *Bibl. Casin.*, III, p. 209-44 ubi tituli operum supra descriptorum leguntur.

Membr., mm. 365 × 225, pp. 386. Codicem, qui saltem tribus constat partibus, duplici columna, char. Gothico saec. XIII-XIV diversae manus conscripserunt. Tituli rubri. In marg. inf. p. 1 versus nonnulli leguntur (ed. *Bibl. Casin.*, III, p. 209-10). Pp. 249-50, 332, 354, 369-70 albae. — Cf. Montf., I, 222; Car., I, 331. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, III, tab. XII.

137 OO (ext. 137 et 155).

S. Thomae Aq. Summa Theologica.

Quaestiones continet cod. I-CLVIII, in Secunda secundae. Des. mutilus cum verbis: *duo vicia. Unum* (Cf. *S. Thomae Aq. opera omnia iussu impensaque Leonis XIII edita*, Romae, 1895-99, vol. VIII-X, p. 282, col. a, lin. 20. Cod. noster pro hac edit. conlatus est et n. 3 signatur — cf. tom. VIII, p. XIII, XIV).

Membr., mm. 380 × 260, pp. 742. Gothico charactere saec. XIV, binis columnis cod. est conscriptus ac (p. 1) littera initiali artificiose auro et coloribus depicta decoratur quae imaginem s. Thomae exhibet in cathedra sedentis coram tribus discipulis. Ornatus ex ipsa littera decurrunt usque ad marginem inferiorem. Nonnullae initiales litterae coloribus rubro et caeruleo dipinguntur et caeruleis ac rubris lineolis exornantur. Quaestionum tituli qui et in margine super. indicantur minio sunt exarati. Numeri Quaestionum singularum in ipso margine caeruleo colore signantur. Folia priora humore vitiata ac a tineis perforata, scripturam incorruptam servant. Additamenta in marginibus occurrunt, prima manu conscripta. — Cf. Montf., I, 222; Car., I, 368. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, III, tab. XII.

138 OO (ext. 138 et 101).

S. Thomae Aq. Summa Theologica.

Partem primam Summae cod. exhibet (Cf. edit. cit. in cod. praecedenti, vol. IV-V). Ex hoc cod. articulus unus in Q. 47 editus fuit in *Flor. Casin.* (III, p. 138-9). Index Quaes. et Artic. in p. 308-14 habetur.

Membr., mm. 360 × 245, pp. 314. Littera Gothica, saec. XIV, binis columnis, saltem a duobus amanuensibus exaratus, correctiones et additamenta eiusdem temporis in marginibus codex exhibet. Tituli Quaestionum qui et in summo margine adnotantur rubro colore sunt depicti et numeris *arabicis* signati, quibus iisdem etiam columnae numerantur (usque ad p. 168) et lineae singularum paginarum. In p. 1 titulus recentior legitur: *Thomę Aquinatis pars prima Summe.* — Cf. MONTF., I, 222; CAR., I, 331. — Specimen scripturae in *Bibl. Casin.,* III, tab. XIII.

139 KK (ext. 139 et 83).

Passiones et vitae Sanctorum.

[1] (p. 1-3) Ss. Sergii et Bachi (B. H. L., n. 7599); [2] (p. 13-5) Ss. Marcelli et Apulei (ib., n. 5251); [3] (p. 15-23) Ss. Dionysii, Rustici et Eleutherii (ib., n. 2178); [4] (p. 23-8) S. Callixtii pp. (ib., n. 1523); [5] (p. 28-42) *In Sancti Luce evang. Sermo domini Berthari abb.* (ib., n. 4973); [6] (p. 34-42) S. Gregorii pp. hom. in ev. s. Luc. *Si quis vult post me venire* (M. 76, 1232-38): [7] (p. 42-61) Ss. Chrysantii et Dariae (B. H. L., n. 1787); [8] (p. 61-6) S. Diodori, Mariani et soc. (ib., n. 2164 a Suppl. et B. H. L., n. 2165); [9] (p. 66-86) Translatio s. Bartholomaei ap. (ib., n. 1105, 1107); [10] (p. 86-102) S. Demitrii (ib., n. 2124); [11] (p. 102-13) Ss. Symonis et Iudae app. (Inc. *Symon chananeus et iudas zelotes apostoli domini nostri iesu christi cum per revelationem.* Des. *pro nomine iesu pati. Passi sunt autem... sacrificare contempsit. Regnante... Amen*); [12] (p. 113-21) S. Germani ep. (ib., n. 3465); [13] (p. 121-29) S. Maximi (ib., n. 5845); [14] (p. 129-49) S. Caesarii lev. (ib., n. 1514); [15-16] (p. 150-67) Comm. Omnium Sanctorum (M. 94, 452, 450, hom. 71 et 70 inter Bedae hom., et M. 39, 2135, hom. 209 app. s. Augustini); [17] (p. 167-72) Ss. Valentini et Hilarii (B. H. L., n. 8472); [18] (p. 172-85) Ss. Quattuor Coron. (ib., n. 1839); [19] (p. 185-90)

S. Theodori (ib., n. 8077); [20] (p. 190-99) S. Martini pp. (ib., n. 5596); [21] (p. 199-248) S. Martini ep. (ib., n. 5610-3. Dialogi: Inc. *Ego plane inquit gallus*. Des. *dicturus sum.* M. 20, 200, lin. 10 ab imo — 202. Inc. *Quo primo igitur tempore*. Des. *omissa referimus*. M. ib., 201-8, lin. 10. Inc. *De martino autem*. Des. *discessum est*. M. ib., 221, lin. 7 ab imo — 222); [22] (p. 248-53) S. Mennae (B. H. L., n. 5921); [23] (p. 253-61) S. Ioannis Chrysos. ep. (ib., n. 4377); [24] (p. 261-87) S. Gregorii Thaumaturgi ep. (ib., n. 3678); [25] (p. 287-310) S. Ceciliae virg. (ib., n. 1495); [26] (p. 310-20) S. Clementis pp. (ib., n. 1848, 1855); [27] (p. 320-6) Ss. Chrysogoni et Anastasiae (ib., n. 1795); [28] (p. 326-33) Ss. Agapae, Chioniae et Irenae (Inc. *Ceteras sanctorum actiones... Sanctorum itaque cyonię, hirenes et agapis diocletianus rumor comperto*. Des. ib., n. 118); [29] (p. 333-45) S. Theodotae cum filiis (ib., n. 8093); [30] (p. 345-63) S. Mercurii (ib., n. 5933); [31] (p. 363-69) S. Catherinae virg. (ib., n. 1662); [32] (p. 369-93) S. Petri Alexandrini (ib., n. 6692-3); [33] (p. 393-4) S. Saturnini et Sisinii (ib., n. 7493); [34] (p. 395-402) S. Andreae ap. (ib., n. 428); [35] (p. 402-7) S. Bibianae virg. (ib., n. 1322); [36] p. 407-11) S. Barbarae virg. (ib. Inc. n. 917. Des. n. 913); [37] (p. 411-5) S. Sabae (Inc. *Beatissimus Sabas ortus ex provincia cappadocia fuit*. Des. *Aperientes itaque sepulcrum... Hęc itaque de eius corpore dicta sufficiant*. Cf. ib., n. 7406); [38] (p. 415-39) S. Nycolai ep. (ib., n. 6104-8); [39] (p. 439-66) S. Ambrosii ep. (ib., n. 377); [40] p. (466-73) S. Savini ep. (ib., n. 7452); [41] (p. 473-8) S. Eulaliae virg. (ib., n. 2693); [42] (p. 478-507) S. Eustratii et soc. (ib., n. 2778); [43] (p. 507-13) S. Luciae virg. (ib., n. 4992); [44] (p. 513-31) S. Thomae ap. (ib., n. 8136); [45] (p. 531-7) S. Gregorii Spoletani (ib., n. 3677); [46] (p. 537-54) S. Ioannis ev. (ib., n. 4321, 4324); [47] (p. 554-606) S. Silvestri pp. (ib., n. 7725-6. Inc. ib., n. 7727. Des. n. 7730; 7733, 7735. Inc. *Denique postquam omnes romanę et apostolicę sedis*. Des. n. 7743); [48] (p. 606-41) S. Basilii ep. (ib., n. 1024); [49] (p. 641-6) S. Stephani (ib., n. 7858); [50] (p. 647-88) S. Severini ep. (ib., n. 7655-6 absque capp. 7657); [51] (p. 688-703) S. Hilarii ep. (ib., n. 3885, 3887 cum prol. *Gaudet plane et sublimiter terra exultat — in futuro confidat*, subiuncta [52] (p. 703-7) ep. eiusdem Hilarii ad Apram M. 10, 549-552); [53] (p. 707-16) S. Felicis Nolani ep. (ib., n. 2874, 2876); [54] (p. 716-20) Felicis et Adaucti (ib. Inc. n. 2880. Des.

n. 2882); [55] (p. 720-4) S. Marcelli pp. (ib., n. 5234. Des. mutilus codex: *nulla vox ex eis audita est. nisi tantum*).

Membr., mm. 430 × 290, pp. 724. Littera Benev. saec. XI, columnis binis codex est descriptus et litteras initiales coloribus sobrie ornatas exhibet. Maiusculae colore viridi, rubro ac flavo distinctae. Tituli rubri. — Cf. De Nuce, op. cit. in cod. 101, p. 170; Gatt., *Hist.*, I, 70; Montf., I, 222; Car., I, 278; Beth., XII, 500; R. A. Lipsius, *Die Apokry. Apostelgesch. und Apostellegenden,* Braunschweig, 1883, I, p. 141 sqq.; III, 366; *N. Ar.*, XXVI, 335 sqq.; M. G. H., *Poet. lat. med. aevii,* III, p. 391; Loew, *The Benev. Script,* 344. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, III, tab. XIII.

140 KK (ext. 140 et 78).

Vitae Sanctorum.

[1] (p. 1-14) S. Pauli her. (B. H. L., n. 6596. Inc. mutilus codex: *et multa quę prosequi otiosum est*); [2] (p. 15-119) S. Antonii abb. (ib., n. 609. Inc. acephala vita: *Ex alia in aliam linguam*); [3] (p. 119-40) S. Romani abb. (ib., n. 7305. Lib. I tantum); [4] (p. 140-56) S. Euphrosinae virg. (ib., n. 2724); [5] (p. 157-200) S. Hilarionis abb. (ib., n. 3879); [6] (p. 200-12) S. Malchi mon. (ib., n. 5190. In ms. *Relatio beati ieronimi presbiteri de captivo monaco*); [7] (p. 212-308) S. Martini ep. (ib., n. 5614-6); [8] (p. 308-46) S. Sabae (ib., n. 7406, prol. omisso. Des. *cum gaudio ad propria revertebatur. Ego autem iam huic opuscolo finem imponere statuens...*); [9] (p. 346-72) *Visio beati fursei* (ib., n. 3209); [10] (p. 372-90) *Incipit visio vettini monachi* (M. 105, 771-80); [11] (p. 390-538) Vitae Patrum (ib., n. 6524. Des. *circa eius cellulam plurima deprehendebantur*); [12] (p. 539-75) *De abraam sanctissimo et eius nepte* (ib., n. 12 et *Flor. Casin.*, III, p. 225-6 ex hoc cod.); [13] (p. 575-606) S. Mariae Aegyptiacae (ib., n. 5417).

Membr., mm. 390 × 240, pp. 606. Littera Benev., saec. XI-XII diligenter duplici culumna exaratus, codex litteras initiales auro et coloribus haud ineleganter ornatas habet. Maiusculae coloribus sunt distinctae. In p. 606 manus saec. XIV haec addidit: *O dives dives non omni tempore viveres — Fac ut dum vivis post mortem vivere sinis — Quid tunc thesauri acervus proderit auri — Cum peccatores mittuntur in inferiores — Qui dare vult non debet dicere vultis.* — Cf. Montf., I, 222; Car., I, 279; Beth., XII, 500; Loew, *The Benev. Script,* 344. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, III, tab. XIII.

141 II (ext. 141 et 94; int. 1093).

Passiones et vitae Sanctorum.

[1-20] (p. 1-261) S. Andreae ap. (inc. acephala: *Quam oculis nostris vidimus*) — S. Marcelli pp. (v. cod. 139, p. 405-732, sed in hoc cod. vitae s. Sabae et s. Severini ep. desiderantur); [21] (p. 261-95) S. Sebastiani (B. H. L., n. 7543); [22] (p. 296-302) Ss. Marii, Marthae et fil. (ib., n. 5543); [23] (p. 302-20) S. Agnetis virg. (ib., n. 156, 158; *Bibl. Casin.*, III, p. 264; Inc. *Immaculatus dominus*. Des. *domuno copulantur. Qui est benedictus* ex s. Ambrosii Lib. de Virginibus. M. 16, 200, lin. 8 — 202, lin. 30); [24] (p. 320-9) S. Vincentii (B. H. L., n. 8628. Des. *perpetuum perseveret*. Inc. *Cum apud cesar augustanam civitatem ut multorum sinceritas*. Des. n. 8633); [25] (p. 329-35) S. Anastasii (Inc. *Beatus anastasius natione persa, arte magus nomine primo magunda et magi filius, tempore chosroes... Eo igitur tempore cum lignum salutiferę crucis*. Des. *Dehinc pretiosis involutum linteaminibus. extulerunt atque in monasterio beati sergii martyris quod uno fere stadio a predicta villa dirimitur posuerunt. Passus est autem... secunda et vicesima die kalendarum ianuariarum...*); [26] (p. 335-9) S. Dominici abb. (ib., n. 2244); [27] (p. 340-6) S. Polycarpi ep. (ib. Inc. n. 6877. Des. n. 6873); [28] (p. 346-9) S. Ignatii ep. (ib., n. 4261); [29] (p. 349-54) S. Blasii ep. (ib., n. 1379. Des. incompleta: *sed quoniam nostra clementia*).

Membr., mm. 435 × 290, pp. 354. Littera Benev. saec. XI-XII, duplici columna descriptus, codex in marg. infer. p. 1 has duas exhibet notas: *Iste liber est sacri monasterii Casinensis n. 1093* et *Liber sancti nycolai turre pagane* (Benev.). Litterae initiales rudi manu coloribus depictae et maiusculae rubro ac flavo colore distinctae. In marg. infer. p. 113 explicatio plurium vocum quae in Passione S. Thomae occurrunt datur (*Bibl. Casin.*, III, p. 263). — Cf. Montf., I, 222; Car., I, 309; Lipsius, op. cit. in cod. 139, p. 141; A. Brackmann, *Reise nach Italien vom März bis Juni 1900* in *N. Ar.*, XXVI, 340, 343; Loew, *The Benev. Script*, 344. — Specimen scripturae in *Bibl. Casin.*, III, tab. XIV.

142 I I (ext. 142 et 95; int. 1106).

Passiones et vitae Sanctorum.

[1] (p. 1-20) Ss. Petri et Pauli app. (B. H. L., nn. 6668, 6661, 6657, 6659); [2] (p. 20-31) S. Pauli ap. (ib., n. 6570); [3] (p. 31-4) Ss. Processi et Martiniani (ib., n. 6947); [4] (p. 34-43) S. Procopii (ib., n. 6950); [5] (p. 43-56) Ss. Septem fratrum fil. s. Felicitatis (Inc. *Temporibus antonini imperatoris erat quędam mulier felicitas nomine vidua.* Des. *depelluntur infirmitates. Horum autem martyrum... Amen.* Cf. ib., nn. 2853 a, 2855 a Suppl.); [6] (p. 59-62) S. Gregorii pp. hom. in ev. s. Matt. *Loquente iesu* (M. 76, 1086-9); [7] (p. 62-6) Ss. Rufinae et Secundae (ib., n. 7359); [8] (p. 66-70) Ss. Naboris et Felicis (ib., n. 60296 b Suppl.); [9] (p. 70-83) S. Margaritae virg. (B. H. L., n. 5308 prol. omisso); [10] (p. 83-6) Ss. Cyrici et Iulittae (ib., n. 1801); [11] (p. 86-94) S. Alexii (ib., n. 287); [12] (p. 94-6) S. Symphorosae et fil. (ib., n. 7971); [13] (p. 96-8) S. Praxedis virg. (*Acta SS.* Mai IV, 300, n. 5-6. Inc. *Virgo ven. praxedis habitabat in urbe roma*); [14] (p. 98-109) S. Apollinaris ep. (B. H. L., n. 623); [15] (p. 109-16) S. Iacobi ap. (ib., n. 4057); [16] (p. 116-27) S. Pantaleonis (ib., n. 6441); [17] (p. 127-34) Ss. Nazarii et Celsi (ib., nn. 6039 prol. omisso, 6050); [18] (p. 134-5) Ss. Simplicii, Faustini et Beatricis (ib., n. 7790); [19] (p. 135-7) S. Felicis pp. (ib., n. 2857); [20] (p. 137-43) Ss. Abdon et Sennen (ib., n. 6. Inc. *Orta tempestate*); [21] (p. 143-6) Ss. Machabaeorum (ib., n. 5106. Inc. *Tempore Quo rex antiochus compellebat iudeos ut se transferrent a patriis et dei legibus, contigit septem fratres*); [22] (p. 146-9) S. Maximi sermones (M. 57, 693-6; 691-4); [23] (p. 149-60) S. Stephani pp. (B. H. L., n. 7845); [24] (p. 160-5) Inventio s. Stephani protomar. (ib., n. 7851); [25] (p. 165-71) Miracula s. Stephani protomar. (ib., Inc. n. 7867; Des. n. 7677 a Suppl.); [26] (p. 171-6) Ss. Xysti, Felicissimi et Agapiti (B. H. L., n. 7809); [27] (p. 176-81) S. Donati ep. (ib., n. 2289); [28] (p. 181-6) Ss. Cyriaci, Largi et Smaragdi (Inc. *Temporibus diocletiani et maximiani imperatorum. Erat quidam prefectus nomine laudicius.* Des. *Ab eo die clauserunt balneum et factus est timor.... in hodiernum diem.* Cf. Act. ss. Ian. II, p. 79, n. 10-23); [29] (p. 186-202) Ss. Septem Dormientium (ib., n. 2315); [30] (p. 202-9) S. Laurentii lev. (ib., Inc. n. 4758 g. Des. n. 4758 q. Suppl.); [31] (p. 209-12) S. Tiburtii (Inc. *Temporibus dio-*

clitiani et maximiani imperatorum cum sevissima eorum iussa... erat papa gaius. Des. ib., n. 8285 f Suppl.); [32] (p. 212-5) S. Eupli diac. (B. H. L., n. 2729); [33] (p. 215-20) S. Hippoliti et soc. Inc. *Reversus post diem tertium passionis beati laurentii martyris yppolitus.* Des. ib., n. 3961); [34] (p. 220-4) S. Cassiani (ib., nn. 1625, 1626. Des. *Tandem pius deus martyris sui tormenta miseratus... coronamque ęternam a christo accepit... forum corneliense, christo regnante...* [35] (p. 224-6) S. Eusebii presb. (ib., n. 2740); [36] (p. 226-39) S. Agapiti (ib., n. 126); [37] (p. 239-47) S. Bartholomaei ap. (ib., nn. 1002-3); [38] (p. 247-50) Ss. Rufi et Carponii (ib., n. 7378. Des. *in prefata cripta sub die sexto kalendarum septembrium in ymnis et canticis collaudantes dominum... Amen.* Cf. ib., n. 7378 a Suppl.); [39] (p. 250-71) S. Augustini ep. (Inc. *Beatissimus igitur augustinus ex provincia africę civitate tagastensi de numero curialium, parentibus honestis.* Des. ib., n. 792, prol. praevio: ib., n. 785; B. H. L., n. 792 et 792 Suppl.; prol. praevio; ib., B. H. L., n. 785); [40] (p. 271-3) S. Hermetis ib., n. 3853); [41] (p. 273-4) Ss. Felicis et Adaucti (Inc. *Sub dioclitiano et maximiano imperatoribus, prefecto et iudice dracco. fuerunt in urbe roma duo fratres.* Des. ib., n. 2878); [42] (p. 274-82) Ss. Duodecim fratrum (ib., n. 2297); [43] (p. 282-7) S. Terentiani ep. (ib., n. 8003); [44] (p. 287-90) S. Prisci ep. (ib., n. 6927); [45] (p. 290-7) S. Zenonis et fil. (ib., n. 8998); [46] (p. 297-313) S. Adriani (ib., n. 3745); [47] (p. 313-9) Ss. Gorgonii et Dorothei (ib., n. 3617. Des. B.); [48] (p. 319-36) Ss. Proti, Hyacinti et Eugeniae (ib., n. 2666); [49] (p. 336-9) S. Cornelii pp. (ib., n. 1958); [50] (p. 339-41) S. Cypriani ep. (ib., n. 2038); [51] (p. 341-7) Exaltatio s. Crucis (ib., n. 4179); [52] (p. 347-50) Ss. Luciae et Geminiani (ib., n. 4990); [53] (p. 350-3) S. Euphemiae virg. (ib., n. 2713); [54] (p. 353-61) Ss. Ianuarii, Festi, Desiderii et soc. (ib., n. 4115-8); [55] (p. 361-71) S. Matthaei ap. (ib., n. 5691 cum epil. n. 5690); [56] (p. 371-9) S. Mauritii et soc. (ib., Inc. n. 5741. Des. n. 5739 b Suppl.); [57] (p. 379-89) S. Theclae virg. (B. H. L., n. 8022); [58] (p. 389-99) Ss. Cosma et Damiani (Inc. *Temporibus dioclitiani ei maximiani imperatorum fuit quędam mulier in civitate egea, venerabilis ac timens deum.* Des. *Et his dictis, diabolus qui se in serpente figuraverat, nusquam comparuit. Videntes vero populi.... Sed et alia multa.... ac facere non desinit usque in hodiernum diem. Qui cum patre...* Cf. ib., n. 1969; ib., n. 1974 prol. omisso); [59] (p. 399-407) S. Hiero-

nymi presb. (ib., n. 3871); [60] (p. 407-20) Ss. Pistis, Elpis, Agapis et Sophiae (ib., n. 2967).

Membr., mm. 440 × 305, pp. 420. Saec. XI, littera Benev., binis columnis exaratus. Litterae initiales auro et coloribus illuminatae. Tituli minio exscripti. — Cf. MONTF., I. 222; CAR., I, 278; LIPSIUS, op. cit. in cod. 139, I, p. 148; II, p. 90, 197, 293; LIPSIUS-BONNET, *Acta Apost. Apocrypha*, Lipsiae, 1891, I, p. XXIV, LXXVII; HARNACK, *Die Überlief. u. der Bestand der Altchr. Litter.*, Leipzig, 1893, p. 131, 134, 138; *Miscellanea Cassinese*, Montecassino, 1897, *Par. Hagiogr.*, p. 10; BRACKMANN, op. cit. in cod. 141, p. 336, 339, 345; LOEW, *The Benev. Script.*, 344. — Exemplum scripturae in *Bibl. Casin.*, III, tab. XIV.

143 K K (ext. 143 et 148; int. 792).

Vitae Sanctorum; excerpta ex vitis Patrum et alia.

1 Vitae sanctorum: [1] (p. 1-8) S. Onuphrii (B. H. L., n. 6335) subiuncto Miraculo (ib., n. 6338 d Suppl.); [2] (p. 9-49) S. Antonii abb. (B. H. L., n. 609 epis. Evagrii et prol. omissis. Inc. ad finem c. XIII cum verbis: *me. et in nomine domini vindicabor in eis*); [3] (p. 49-70) S. Hilarionis abb. (ib., n. 3879); [4] (p. 70-90) S. Sabae. Inc. ib., n. 7406 loco prologi praefatio est apposita: *Sabas igitur hortus de civitate mutalassis* — Cf. ib., n. 7406 a Suppl. Des. ib., n. 7406 d Suppl.).

2 (pp. 90-354; 394-420; 428-69; 492-4). Excerpta ex Historia Lausiaca, Historia Monachorum et aliis vitis Patrum (M. boll. 73, 74 — Cf. *Bibl. Casin.*, III, p. 273-81 et *Flor. Casin.*, III, p. 288-318; Cf. BUTLER, op. inf. cit.).

3 Vitae Sanctorum et alia: [1] (p. 354-68) S. Fursaei abb. (B. H. L., n. 3209); [2] (p. 368-73) Visio Dichtelmi (ex ven. Bedae *Hist. Eccl.*, lib. V, c. 12. M. 95, 247-52); [3] (p. 373-83) Visio Wettini mon. (M. 105, 771-80); [4] (p. 383-4) ⟨Ven. Bedae⟩ *Hist. Eccl.*, lib. V, c. 15. (M. 95, 254-5 et *Flor. Casin.*, ib., p. 300 ex hoc cod.); [5] (p. 384-93) Historia Theophili vicedomini eccl. Adanensis (B. H. L., n. 8121); [6] (p. 420-8) S. Melaniae iun. (ib., n. 5886) [7] (p. 469-76) S. Dosithei mon. (ib., n. 2334); [8] (p. 476-87) *Ammonitio sancti dorothei ad monachos* (*Flor. Casin.*, ib., p. 322-9 ex hoc cod.); [9] (p. 487-90) *Degradationis libri quem constituit iohannes solitarius deprecatus ab alio abb. S. iohannes*

capitularia de ospitalitate et peregrinatione (*Flor. Casin.*, ib., p. 329-30 ex hoc cod.).

4 **S. Ioannis Chrysos.** sermones: [1] (p. 490-4) *De omilia S. iohannis grisostomi quam scripsit super matheum evangelium de salvatoris sermone quot ita incipit. Cum oraveritis non eritis sicut ypocritę* (*Flor. Casin.*, ib., p. 330-1 ex hoc cod.); [2] p. (494-504) *Sermo s. iohannis os aurei de reparatione lapsi* (*Flor. Casin.*, ib., p. 389, lin. 8 ab imo — 410, lin. 17 ab imo, nonnullis omissis. Inc. *Non ergo dubites neque desperes.* Des. *et pro his regnum cęlestem promisit.* Cf. Cod. Casin. 152, p. 27; et Codd Vatic. Lat. 306, f. 133 v; 393, f. 133 v; 397, f. 143 in M. Vattasso et P. Franchi de' Cavalieri, *Cod. Vatic. Latini*, tom. I, Romae, 1902); [3] (p. 504-6) Quaedam de ieiunio (Absque titulo, inc. *Vis audire quanta cautela — et mortem convertit ad vitam. ninivitarum scilicet qui triduani temporis.* Des. *sed sobrio animo ad ieiunium confugiamus ut misericordiam consequamur.* Ex S. Iohannis Chrysos. Serm. II De ieiunio et ex Hom. De Iona propheta. (Ed. an. 1539, tom. V, p. 383 et tom. I, p. 547, lin. 2 ab imo — 550).

5 (p. 506-9). **S. Hieronymi** Tract. de psalmo CXVIIII fragmentum (Inc. absque titulo: *Infelices nos linguam nostram continere non possumus.* Ed. G. Morin, *Anecdota Maredsolana* III, p. II, Maredsoli, 1897, p. 229, lin. 7 — 232).

6 (p. 509-13). Excerpta de detractatione, gula etc. ex ss. Ambrosii, Augustini, Bedae, Germani, Gregorii et Hieronymi scriptis (cf. *Bibl. Casin.*, III, p. 281). (Inc. *Augustinus. O quam inreprehensibilis esse poteram.* Des. *nos inter hęc transitoria adversa corroboret*).

Memb., mm. 385 × 275, pp. 514. Codex binis columnis littera Benev., saec. XI exscriptus, initiales litteras coloribus rude depictas et titulos rubros habet. In p. 514 epistola quaedam manu saec. XIII conscripta legitur cuiusdam Abbatis Casin. B. ad B. monachum Casin. et abbatem S. Mariae de Thergo in Sardinia (*Bibl. Casin.*, III, 281). — Cf. Gatt., *Hist.*, II, p. 930; Montf., I, 218, 222; Car., I, 143; II, 89; C. Butler, *The Lausiac History of Palladius* in *Texts and Studies*, vol. VI, n. 1, Cambridge, 1898, p. 61 sqq., 70-75; Card. M. Rampolla, *S. Melania Giuniore Senatrice Romana*, Roma, 1905, p. XLVII; Loew, *The Benev. Script*, 194, 344; Wilmart, op. cit. in cod. 112, p. 327. — Characterum specimen in *Bibl. Casin.*, III, tab. XIV.

144 I I (ext. 144 et 21).

Passiones et vitae Sanctorum.

cianum). **8** (p. 300-1). *Incipit ad dardanum. de presentia dei.* Est epis. 187 (M. 33, 832-40 usque ad cap. VII nulla habita capitum divisione. Des. *felicissima est.* Cf. et *C. S. E. L.*, vol. LVII, 1911, p. 81). **9** Sermones: [1] (p. 312-22) 93 (M. 38); [2] (p. 322-8) 98 (M. ib., usque ad cap. VI ad verba: *qui secretam dat vitam*).

Membr., mm. 265 × 195, pp. 328. Littera Benev. saec. XI, pagina integra, codex est conscriptus ac titulos et *Incipit* et *Explicit* minio exarata habet. Correctiones marginales et interlineares priscae et recentioris manus occurrunt. Folia priora, in quibus index operum quae codex continet et aliae notulae leguntur (cf. *Bibl. Casin.*, III, p. 389), humore sunt corrupta. — Cf. Montf., I, 223; Car., I, 282; Reiff., II, 339; Loew, *The Benev. Script*, 345. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, III, tab. XX.

163 L (ext. 163 et 384; in 228).

S. Augustini opera aliquot.

1 (p. 2-168). De peccatorum meritis et remissione lib. I-III (M. 44, 109-200 Cf. et *C. S. E. L.*, vol. LX, 1913, p. 3-151 pro qua edit. cod. collatus est), praevio (p. 2-3) cap. 33 lib. II Retract. (M. 32, 644). **2** (p. 168-253). De spiritu et littera liber (M. 44, 201-46 Cf. et *C. S. E. L.*, vol. cit., p. 155-230), praeeunte cap. 37 lib. II Retract. (M. 32, 645). **3** (p. 253-85). De cura pro mortuis gerenda liber (M. 40, 591-610), praemisso cap. 64 lib. II Retract. (M. 32, 655-6. Nonnulla desiderantur in cod.). **4** (p. 285-326). De octo Dulcitii quaestionibus liber (M. 40, 147-70), praevio cap. 65 lib. II Retract. (M. 32, 656). **5** (p. 327-427) ⟨Contra epistulam Parmeniani lib. I-III⟩ (M. 43, 33-108 Cf. et *C. S. E. L.*, vol. LI, 1908, pro qua edit. cod. collatus est), praemisso cap. 17 lib. II Retract. (M. 32, 637). Nulla in ms. capitum distinctio.

Memb., mm. 260 × 180, pp. 428. Littera Benev. saec. XI, lineis plenis perscriptus, codex titulos et litteras initiales minio exarata praefert. Pp. 1, 428 vacuae in qua ultima tentamina scripturae conspiciuntur. In fine Lib. de spiritu et littera (p. 253) minio exarata verba leguntur: *In nomine domini contuli ut potui.* — Cf. Montf., I, 223; Car., I, 282; Reiff., II, 332; *C. S. E. L.*, vol. LI, p. IX; vol. LX, pp. V, VII; *Jour. of Theol. Stud.*, n. 61, oct. 1914, p. 157; Loew., *The Benev. Script*, 345. — Exemplum scripturae in *Bibl. Casin.*, III, tab. XX.

164 L (ext. 164 et 308; int. 247).

S. **Augustini** Contra Iulianum Pelagianum lib. I-III.

Lib. I (p. 1-125); II (p. 125-274); III (p. 274-399) continet codex in quo nonnulla desiderantur. — M. 45, 1049-338. Cf. et M. 47, 1224-5.

Membr., mm. 280 × 195, pp. 400. Littera Benev. saec. XI, pagina integra codex est descriptus. Interloquentium nomina *Iulianus dixit. Augustinus respondit* aeque ac tituli rubro colore sunt conscripta. P. 400 alba. — Cf. MABILLION, *Iter Ital.*, I, p. 123; MONTF., I, 223; CAR., I, 309; REIFF., II, 331; LOEW, *The Benev. Script*, 345. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, III, tab. XXI.

165 L (ext. 165 et 437; int. 243).

S. **Augustini** opera nonnulla; Regulae quaedam de Arithmetica et Trigonometria; **P. Virgilii M.** Aeneidis et Georgicon fragmenta.

1 (p. 6-37). De sancta virginitate (M. 40, 397-428). **2** (p. 38-71). De coniugiis adulterinis lib. I-II (M. ib., 451-86). **3** (p. 71-154). De sermone Domini in monte lib. I-II (M. 34, 1229-1308), **4** (p. 155-188). De gratia et libero arbitrio (M. 44, 881-912), praevia epis. 215 ad Valentinum (M. 33, 971-74 Cf. et *C. S. E. L.*, vol. LVII, 1911, p. 387 pro qua edit. cod. hic collatus est). In cod. nulla est capitum distinctio. Adduntur: (pp. 1-5, 189-99). Regulae quaedam de Arithmetica et Trigonometria cum schematibus. Absque titulo inc. *Unus et duo arithmetice sunt ternarius.* Des. *unitatem perfectam perficit legionem.* Figurarum expositiones inc. *Sexqualtera proportio in continua et dixiuncta medietate.* Des. *Tertius est unus duo tria et quater quatuor.*

Membr., mm. 250 × 170, pp. 202. Codicem, littera minutiori Benev. saec. XII, columna duplici eadem manus exaravit quae codd. 166 et 167 descripsit. Litterae initiales auro coloribusque nitide sunt depictae et maiusculae rubro, viridi flavoque colore distinctae. Pp. 1-4, 197-202, saec. XIII, initio et fini codicis sunt assutae, quarum pp. 1, 3, 4, 197, 200 sunt rescriptae. In ipsis pag. Vergilii versus, partim abrasi, leguntur: p. 1-2: Aen. I, 494-557; p. 198: Aen. II, 26-57; p. 199-200: Georg. III, 282-345; p. 201-2: Georg. III, 506-37. — Cf. MONTF., I, 223; CAR., I, 309; REIFF., II, 350; LOEW, *The Benev. Script*, 345. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, III, tab. XXI.

166 L (ext. 166 et 436; int. 668).

S. **Augustini** opera complura.

1 (p. 1-54). Contra Academicos lib. I-III (M. 32, 905-58). **2** (p. 55-72). De beata vita (M. ib., 959-76). **3** (p. 73-85). De immortalitate animae (M. ib., 1021-34). **4** (p. 86-127). De ordine lib. I-II (in ms. *De ordine rerum*. Des. *de illa iurare possimus* M. ib., 977-1020). **5** (p. 130-72). De quantitate animae (M. ib, 1035-80. In ms. *Incipit liber beati Augustini De quantitate anime. sub dialogo compositus cum dato carnaliter sibi filio*). Dialogus est cum Adeodato. **6** (p. 173-242). ⟨**Pseudo**⟩ **Augustini** Hypognosticon lib. I-VI. Lib. I (p. 173); II (p. 179); III (p. 192); IV (p. 212); V (p. 223); VI (p. 233) qui ultimus incip. a verb. *addere etiam hoc* (in edit. cap. I ver. 3. M. 45, 1611-64). **7** (p. 243-300) De nuptiis et concupiscentiis lib. I-II (M. 44, 413-74), praevia (p. 242-3) epis. ad Valerium comitem (M. ib., 411-2 Cf. et *C. S. E. L.*, vol. LVII, 1911, p. 293 pro qua edit. cod. noster collatus est). In ms. capitum partitio desideratur.

Memb., mm. 250 × 170, pp. 302, Littera Benev. saec. XII, binis columnis, codex eadem manu ac codd. 165 et 167 est exaratus et iisdem litteris initialibus exornatur. Maiusculae rubro flavo ac viridi colore sunt distinctae et librorum tituli minio depicti. Index recentioris manus (p. 1) legitur Pp. 128, 129, 301, 302 albae. — Cf. Montf., I, 223; Car., I, 309; Reiff., II, 315; *C. S. E. L.*, vol. XLII, p. XXVII; Loew, *The Benev. Script*, 345. — Characterum specimen in *Bibl. Casin.*, III, tab. XXI.

167 L (ext. 167 et 435; int. 338).

S. **Augustini** opera nonnulla.

1 (p. 1-24). De octo Dulcitii quaestionibus (M. 40, 147-70). **2** (p. 24-109). Contra epistulam Parmeniani lib. I-III (M. 43, 33-108). **3** (p. 109-203). De peccatorum meritis et remissione lib. I-III (M. 44, 109-200). **4** (p. 203-50). De spiritu et littera (M. ib., 201-46). **5** (p. 250-67). De cura pro mortuis gerenda (M. 40, 591-610). Nulla est in cod. capitum divisio. Adduntur (p. 201-202) Quaedam medica. Inc. absque titulo: *Quatuor sunt matricis cellule* (Car., II, p. 160-2 ex hoc cod.).

Membr., mm. 250 × 160, pp. 202. Codicem, littera Benev. saec. XII, duplici columna exaravit eadem manus quae codd. 165 et 166 conscripsit. Initiales litterae coloribus sunt depictae et librorum tituli minio. P. 26 vacua. In p. 242 operum index recentior et alia nullius vero momenti leguntur. P. 201-202 altera recentior manus exaravit. — Cf. MONTF., I, 223; CAR., I, 309; II, 160; REIFF., II, 167; LOEW., *The Benev. Script,* 345. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.,* III, tab. XXI.

168 L (ext. 168 et 308; int. 227).

S. Augustini opera complura.

1 (p. 1-25). De natura boni (M. 42, 551-72) praevio cap. 9 lib. II Retract. (M. 32, 634). **2** (p. 27-93). De genesi contra Manichaeos lib. I-II (M. 34, 173-216 ad verba: *omni ligno paradisi* cap. XXV, ver. 6). **3** (p. 94-149). Contra mendacium (M. 40, 517-48. Cf. et *C. S. E. L.,* vol. XLI, 1900, p. 469-528 Cod. noster pro hac edit. conlatus est) praecedentibus (p. 93) vers. *Si quis nosse cupit quantum mendacia — Divine mentis quam male imago peris* (M. 47, 1256 et *Bibl. Casin.* III p. 403). **4** (p. 150-95). De mendacio (M. 40, 487-518 Cf. et *C. S. E. L.,* vol. cit., p. 413-66 pro qua edit. cod. conlatus est). **5** (p. 195-236). De fide et operibus (M. ib., 197-230). **6** Excerpta: [1] (p. 236-8) *Questio ad inquisitione (sic) ianuarii. Si cotidie corpus domini accipiendum sit nec ne.* Ex ep. 54 (M. 33, 251-2, cap. III et IV); [2] (p. 238-9) *Questio de providentia dei Augustini* (M. 47, 1225-6 ex hoc cod.); [3] (p. 239-40) *Questio de rebus qualiter utatur Augustini* (M. ib., 1226-7 ex hoc cod.); [4] (p. 240-1) *Augustinus De Evangeliis. De pueris sedentibus in foro et ad invicem clamantibus* (M. 35, 1337-8, cop. XI); [5] (p. 241-2) *Questio de ieiunio Augustini* (M. ib., 1339-40, cap. XVIII); [6] (p. 242) *S. augustinus de s. ieronimo dicit.* Inc. *Infelix enim qui non.* Des. *paria esse peccata.* Ex epis. 167 (M. 33, 735 et 741, cap. II, 4 et VI, 26).

Membr., mm. 260 × 185, pp. 242. Littera Benev. saec. XI, pagina integra codex describitur. Tituli librorum et nonnullae maiusculae litterae rubro colore pinguntur. P. 26 vacua. In p. 242 indicem operum codicis et alia quaedam recentiores manus scripserunt. — Cf. MONTF., I, 219, 223; CAR., I, 282; REIFF., II, 334; *C. S. E. L.,* vol. cit., p. XIII, XXIV-XXXV; LOEW, *The Benev. Script,* 345. — Specimen characterum in *Bibl. Casin.,* III, tab. XXI.

169 L (ext. 169 et 405; int. 238).

S. **Augustini** opera quaedam; **Ambrosii Autperti abb.** sermo de cupiditate.

1 **S. Augustini:** [1] (p. 1-128). De vera religione (M. 34, 121-72); [2] (p. 129-56). De disciplina christiana (M. 40, 670-78. In ms. *De disciplina christianorum*).

2 (p. 157-208). ⟨**S. Ambrosii Autperti beneventani abbatis**⟩ sermo de cupiditate (Ed. Caillau, p. 90-4 ex hoc cod. Cf. et M. 89, 1277-92).

Membr., mm. 240 × 155, pp. 208. Codex duabus partibus constat (I, p. 1-128; II, p. 129-208), littera Benev. saec. XI (I pars est recentior), integra pagina conscriptis, in quibus adnotationes marginales eiusdem primae manus et alterius occurrunt. Librorum tituli rubri. Nonnullis in locis, scriptura est refecta. Manus recentior in marg. super. p. 1 operum indicem adiecit. — Cf. De Nuce, op. cit. in cod. 101, p. 170; Montf., I, 219, 223; Car., I, 146; Reiff., II, 343; *Bibl. Casin.*, I, p. XXVI; *Cor. Iur. Civ. Instit.* in *Signorum Explic.*, Berolini, 1899; Loew, *The Benev. Script*, 244, 345. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, III, tab. XXII.

170 L (ext. 170 et 312; int. 246).

S. **Augustini** opera complura.

1 (p. 1-13). De disciplina christiana (M. 40, 669-78. In ms. *De disciplina christianorum*). Praeposito indice operum quae in cod. leguntur (*Bibl. Casin.*, III, p. 406). **2** (p. 13-9). *Incipit de evangelio. Dimitte. et dimittetur tibi.* Sermo 9 (in Fraia, et M. 46, 997-1000 ex hoc cod.). **3** (p. 19-36). De bono patientiae (M. 40, 611-26). **4** (p. 37-42). De fide rerum quae non videntur (Caret initio et fine. Inc. *cui dicitur.* Des. *nolit habere.* M. 40, 176 vers. 10 — 180 vers. 24). **5** (p. 47-72) De bono coniugali (M. ib., 373-96. Cf. et *C. S. E. L.*, vol. XLI, 1900, p. 187-230 pro qua edit. cod. noster conlatus est.). **6** (p. 72-111). De sancta virginitate (M. ib., 397-428. In p. 89 ad verba *Beati pauperes* - M. ib., 411 cap. XXVIII ver. 6 - habetur titulus minio exaratus: *De octo beatitudinibus*). Praecedit cap. 23 lib. II Retract. (M. 32, 640). **7** (p. 113-54). De coniugiis adulterinis lib. I-II (M. 40, 451-86. Cf. *C. S. E. L.*, vol. cit.,

p. 347-410. Cod. pro hac edit. collatus est), praevio cap. 57 lib. II Retract. (M. 32, 653). **8** (p. 157-245). De nuptiis et concupiscentiis (M. 44, 413-74). Praecedunt: p. 155-7 cap. 53, lib. II Retract. (M. 32, 651); epis. ad Valerium comitem (M. 44, 411-2. Cf. et *C. S. E. L.*, vol. LVII, 1911, p. 293 pro qua edit. codex noster conlatus est). **9** (246-8). Excerpta. Absque titulo inc. *Ante diem festum paschę.... Pascha quod hebraice dicitur phase.* Des. *Si ad amorem dei pigri non sumus. adiuvat ipse quem amamus. iesus christus.... Amen* (concordat ex parte cum S. Augustini cap. I, Tract. LV in Ioan. M. 35, 1784-5).

Membr., mm. 270 × 165, pp. 248. Codex littera Benev. saec. XI-XII, pagina integra, describitur litterasque initiales rubro, viridi, caeruleo ac flavo colore rude depictas offert. Librorum tituli minio exarati. In p. 245 in fine lib. De nuptiis et concup. haec legitur nota: *In nomine domini contuli ut potui. P.* — Cf. Montf., I, 223; Car., I, 282; Reiff., II, 322; *N. Ar.*, XXVII, p. 572; *C. S. E. L.*, vol. cit., p. XXVII-XXX; Loew, *The Benev. Script*, 345. — Exemplum scripturae in *Bibl. Casin.*, III, tab. XXII.

171 L (ext. 171 et 386; int. 226).

S. Augustini opera aliquot.

1 (p. 1-89). Contra Academicos lib. I-III (M. 32, 905-58) nota recentioris manus in margine adiuncta: *Hic liber est* (*Bibl. Casin.*, III, p. 408). **2** (p. 89-116). De beata vita (M. ib., 959-76). **3** (p. 116-34). De immortalitate animae (M. ib., 1021-34). **4** (p. 135-76). Soliloquiorum lib. I-II (M. ib., 869-904. Nonnulla in cod. desiderantur. Dialogus est inter H et R). **5** (p. 177-247). De ordine lib. I-II (M. ib., 977-1020 ver. 14. Des. cum verbis: *quę iura et ha...*).

Membr., mm. 260 × 185, pp. 248. Littera Benev. saec. XI, integra pagina codex est exaratus. Initiales litterae atramento nitide sunt delineatae et librorum tituli minio depicti. In summo margine p. 1 recentior manus scripsit: *Liber fratrum casinensium si quis eum furatus fuerit vel hunc titulum deleverit anathema sit.* P. 167 alba. In pp. 246-8 calami probationes et alia nullius momenti occurrunt. — Cf. Montf., I, 223; Car., I, 283; Reiff., II, 314; Loew, *The Benev. Script*, 345. — Exemplum scripturae in *Bibl. Casin.*, III, tab. XXII.

172 L (ext 172 et 310; int. 245).

S. Augustini opera complura.

1 (p. 1-16). De baptismo parvulorum seu sermo 294 (M. 38, 1335-48. Desiderantur in principio nonnulli versus editionis, integra fere pag. 1 alba relicta). 2 (17-186). De baptismo contra Donatistas lib. I-VII. Lib. I (p. 17-39); II (p. 39-55); III (p. 56-75); IIII (p. 75-103); V (p. 105-32); VI (p. 132-63); VII (p. 163-86. — M. 43, 107-244). 3 (p. 187-8). ⟨Regula secunda⟩ (M. 32, 1449-52). 4 (p. 188-94). Regula ad servos Dei (M. ib., 1377-84. Inc. absque titulo: *Hęc sunt quę observare precepimus in monasterio constitutis*). 5 Sermones: [1] (p. 195-209) 351 (M. 39. Manus aevi posterioris titulum apposuit: *De tribus modis poenitentiae*); [2] (p. 209-20) 352 (M. ib.); [3] (p. 220-2) 393 (M. ib.).

Membr., mm. 265 × 185, pp. 224. Littera Benev. saec. XI, pagina integra descriptus, codex initiales litteras minio exaratas et maiuscularum partem eodem colore distinctam habet. Tituli librorum in summo margine minio conscripti leguntur. Pp. 104, 223, 224 albae. — Cf. Montf., I, 223; Car., I, 283; Reiff., II, 317; *Bibl. Casin.*, I, p. XIII; *C. S. E. L.*, vol. LI, 1908, p. XVI; Loew, *The Benev. Script*, 345. Specimen scripturae in *Bibl. Casin.*, IV, tab. I.

173 L (ext. 173 et 447; int. 173 et 235).

S. Augustini opera complura.

1 (p. I-XXIV; 1-12). De opere monachorum. (Acephale inc. *habeo. volentem se dicit facere*. M. 40, 557, lin. 3 — 582). Multa in cod. desiderantur. 2 (p. 13-47). De symbolo contra Iudaeos paganos et Arianos (M. 42, 1117-30. In ms. *Incipit de sancto simbolo*). 3 (p. 47-83). De symbolo ad Catechumenos. Inc. *Rationem sive transancte noctis* (M. 40, 637-52. Cf. et *Bibl. Casin.*, IV, p. 3-4. In ms. *Incipit expositio sancti simboli post traditione sacramentorum*). 4 (p. 83-122). *Incipit contra quinque hereses* (M. 42, 1101-16 inter subditicia). 5 Sermones: [1-3] (p. 122-37). *De reconciliandis penitentibus* serm. I-III (*Flor. Casin.*, IV, p. 174-9 ex hoc cod.); [4] (p. 137-50) 389 (M. 39); [5] (p. 150-63) 3 (M. 46, ex hoc cod.); [6] (p. 163-8). 172 Mai, I; [7] (p. 168-71) 350 (M. 39); [8-10] (p. 171-5) De poenitentia, cibo animae et locutione

divina. Nullus in cod. titulus legitur (M. 47, 1254-6 et *Flor. Casin.*, ib., p. 178-9 ex hoc cod.); [11] (p. 175-9) *Questio de spiritu blasphemię augustini superius prolixa tractata. Sed hac fine concluditur sic. Si etiam hominibus — sit modus* (M. 35, 2104, lin. 12 — 2106 ex Inchoata Exp. Epis. ad Rom.); [12] (p. 179-80) Ser. 71 (Excerpta. Inc. *Nam et si is.* Des. *in pacis vinculo custoditur* M. 38, 466).

Membr., 260 × 180, pp. I-XXIV, 1-182. Littera Benev., saec. XI, integra pagina nitide cod. est descriptus ac initiales litteras et inscriptiones minio exaratas exhibet. Tituli rubri. Folia duodecim, nunc num. I-XXIV signata, olim a codice ablata madore sunt corrupta, sine vero scripturae iactura. In margine super. p. II legitur nota: *Folium istud reponat*[*ur*] *in loco suo...*, in illo infer. *Iste liber est sacri monasterii Casinensis n. 173.* In marg. infer. p. 1 legitur: *Iste liber est sacri monasterii Casinensis N. 235,* et recentior titulus *Opuscula quaedam S. Augustini episcopi.* In p. 181, 182 quas vacuas reliquit amanuensis calami probationes aevi posterioris occurrunt ac manus saec. XII versus: *Si Deus est animus* etc. Dyonisii Catonis (Cf. *Bibl. Casin.,* IV, p. 3). — Cf. Montf., I, 223; Car., I, 283; II, 96; Reiff., II, 335; *C. S. E. L.*, vol. XLI, 190, p. XXXVIIII, 530; Loew, *The Benev. Script,* 345. — Exemplum scripturae in *Bibl. Casin.,* IV, tab. I.

174 O (ext. 174 et 402).

S. **Augustini** et **Petri Abaelardi** opera nonnulla.

1 S. Augustini: [1] (p. 1-51). Enchiridion ⟨ad Laurentium⟩ sive de fide, spe et charitate (M. 40, 231-90) capitulis praecedentibus: *De proprio catholicę fidei fundamento I — De caritate LXXI;* [2] (p. 53-132). Retractationum lib. I-II (M. 32, 583-656).

2 Petri Abaelardi: [1] (p. 133-276). Theologia Christiana lib. I-V (M. 178, 1123-330); [2] (p. 277-451). Sic et non (M. ib., 1339-607. Des. *eruditi uti non licet aspere*). Nonnulla inedita fragmenta Abaelardi operum ex hoc codice edidit Tosti (*Storia di Abelardo e dei suoi tempi,* Roma, 1887, p. 267-88).

Membr., mm. 240 × 150, pp. I-II, 1-454. Gothico charactere saec. XIII, pagina integra, codex non una manu nitide exaratur. Initiales litterae rubro ac caeruleo colore sunt depictae. Tituli rubri. In marginibus hic illic additamenta occurrunt. Pp. I-II, 52, 452, 453, 454 vacuae, in quibus versus le-

guntur a manu saec. XVI additi: *Est pugil fortis qui vincit vincula mortis* — *O mors quam dura quam tristia sunt tua iura* — *Si mors non esset quam letus quilibet esset* — *Inspice peccator si non sum verus amator* — *Spretus et illusus pro te sum sanguine fusus.* — Cf. MONTF., I, 223; CAR., I, 328 (sub n. 474); BETH., XII, 500; *Bibl. Casin.*, I, p. XII; TOSTI, op. cit., p. 263-266. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, IV, tab. I.

175 (ext. 175, 241 et 353; int. 698).

Pauli Diaconi Comm. in regulam S. Benedicti; Monumenta plura ordinis monastici; Chronica S. Benedicti et alia nonnulla.

1 (p. 3-506) ⟨**Pauli Diaconi** Comment. in Reg. S. Benedicti⟩ (*Pauli Warnefridi diaconi Casinensis in s. regulam commentarium archicoenobii Casinensis monachi nunc primum ediderunt*, M. Casini, 1880, p. 3-524 et *Flor. Casin.*, IV, p. 12-173).

2 Monumenta plura ordinis monastici: [1] (p. 506-11) Capitula Aquisgranensia an. 817 (in ms. *Incipit capitulum ludovvihi imperatoris cum ceteris* (Ed. ex hoc cod. in *Pauli Warenefridi* etc., p. 527-32 et B. ALBERS, *Consuetudines monasticae*, vol. III, M. Casini, 1907, p. 115-42); [2] (p. 511-7) *Incipit ępistola pauli diaconi ad carolum regem* (Ed. ex hoc cod. ALBERS, *op. cit.*, p. 50-64); [3] (p. 517) *Epistola gregorii pape, ad castorium episcopum arimenensem* (Ed. ex hoc cod. in *Pauli Warnefridi* etc., p. 537 et *M. G. H. Greg. I pp. Regis Epist.*, I. p. 348-9); [4] (p. 518-26) *Ordo qualiter agendum sit monachis in monasteriis constitutis. et sub regula beati patris benedicti degentibus* (Ed. ex hoc cod. in *Pauli Warnefridi* etc., p. 539-47 et ALBERS, *op. cit.*, p. 26-49); [5] (p. 526-7) *Quomodo per annum ieiunandum sit et devote ab omnibus celebrandum* (Ed. ex hoc cod. in *Pauli Warnefridi* etc., p. 547-8; *Miscellanea Cassin.*, I, n. VII, p. 22-4 et ALBERS, *op. cit.*, p. 214-5; [6] (p. 527-8) *Item de reliquis ieiuniis* (Ed. ex hoc cod. in *Pauli Warnefridi* etc., p. 548-9 et ALBERS, *op. cit.*, p. 215-6); [7] (p. 528-32) *Item de reliquis festivitatibus* (Ed. ex hoc cod. in *Pauli Warnefridi* etc., p. 549-53 et *Miscellanea Casin.*, I, n. V, p. 11-6); [8] (p. 532-4) *De temporibus ieiunii* (Ed. ex hoc cod. in *Pauli Warnefridi* etc., p. 554-6 et ALBERS, *op. cit.*, p. 217-8).

3 (p. 534-63) ⟨Chronica S. Benedicti Casinensis⟩ (Ed. in *M. G. H., Script. Rer. Lang. saec. VI-IX, p. 468-88*).

4 (p. 564) Augusti imp. epistola ad Karolum patricium et rescriptum Karoli ad Augustum (*Bibl. Casin.,* IV, p. 26. Nullus in ms. legitur titulus).

5 (p. 565-76). *Ordo qualiter ponendi sunt codices et legendi in sancta romana ęcclesia* (*Bibl. Casin.*, ib., p. 26-32).

6 (p. 576-8, 590) Catalogus comitum Capuae (*M. G. H.*, tom. cit., p. 498-500 ex hoc cod. In ms. nullus praeponitur titulus).

7 (p. 579-80) Epytaphium Pauli Diaconi (*M. G. H.,* tom. cit., p. 23-4; A. MASELLI, *Di alcune poesie dubbiamente attribuite a Paolo Diacono,* M. Cassino, 1905, p. 78-9; K. NEFF, *Die Gedichte des Paulus Diaconus,* München, 1908, p. 153-6 ex hoc cod.).

8 (p. 581) ⟨Miracula S. Benedicti in Turri⟩ (*Bibl. Casin.*, ib., p. 32-3).

9 (p. 581-6) Radelgisi et Siginulfi divisio ducatus Beneventani (*M. G. H., Legum,* IV, p. 221-5 ex hoc cod. Nullus in ms. titulus occurrit).

10 (p. 587-8) *Ordo qualiter agatur in parasceben* (*Bibl. Casin.*, ib., p. 33-4).

11 (p. 588-9) Epitaphium domni Aligerni abbatis (Ed. ANGELUS DE NUCE, *Chron. mon. Casin.*, Parisiis, 1668, p. 233 et TOSTI, I, p. 344 ex hoc cod.).

Membr., mm. 300 × 230, pp. 590. Littera Benev., columna duplici, non una manu, tempore Ioannis Abbatis (915-34) dum Casinenses monachi Capuae morabantur, exaratus, codex duas imagines (p. 2, 3) exhibet, in quarum prima ipse Ioannes abbas librum divo Benedicto offert (cf. *Bibl. Casin.,* IV, p. 17. Imagines editae sunt in *Min. Cas.,* tab. III, IV; *Pauli Warnefridi* etc.; TOSTI, I, 293 sq.; TOSTI, *Vita di S. Benedetto,* M. Cassino, 1890, p. 197; ALBERS, *Consuet. monast.,* III). Tituli sunt rubri et initiales litterae coloribus variis sunt distinctae. Pp. 1, 590 calami probationes exhibent. In p. 563 instrumentum legitur quo Stephanus abb. Casin. anno MCCXXIV iustitiam concedit monasticam Nicolao clerico s. Petri in fine (*Bibl. Casin.,* ib., p. 26). — Cf. DE NUCE, *op. cit.,* pp. 87, 108-9, 128, 138-41, 155, 189, 223, 445, app. 5-8; MONTF., I, 215, 223; G. B. GROSSI, *La scuola e la bibliografia di M. Cassino,* Napoli, 1820, p. 54; CAR., I, 75, 95, 338, *Bibl. Casin.,* I, p. VII, XXXII; *M. G. H.,* vol. cit. et *Poet. lat. aevi Car.,* I, p. 35, III, p. 390; *Capit. Reg. Franc.* I (1883), p. 264-6, 343-9; II (1897), p. XIV,

94 ; *Concilia,* II (1906), p. 466 ; Bethmann, *Archiv,* X, 250 ; *N. Ar.,* III, 154, IV, 112, VII, 597, XIX, 217-20, XXVI, 321, XXVII, 656 ; *Cor. Iur. Civ. Institit.* in *Signorum Explic.,* Berolini, 1899; Tosti, I, 923 ; A. Potthast, *Bibl. hist. med. aevii,* 1896, p. 205, 224, 424 ; *Regulae S. Benedicti traditio codd. mss. Casinensium,* M. Casini, 1900, p. XIII-XIV ; P. Kehr, op. cit. in cod. 159, p. 541 ; N. Rodolico, *Genesi e svolgimento della scritt. long.-Cass.* in *Arch. Stor. Ital.,* XXVII, 1901, p. 327 (cit. cod. sub n. 915) ; G. Calligaris, *Ancora di alcune fonti per lo studio della vita di Paolo Diacono,* Milano, 1091, p. 12 ; C. Cipolla, *Note bibliogr. circa l'odierna condizione degli studi crit. sul testo delle opere di Paolo Diacono,* Venezia, 1901, p. 12, 15. *Journ. Theol. Studies,* 1902, n. 11, p. 461; 1910, n. 42, p. 280 ; H. Plenkers, *Untersuch. zur Überlieferungsgesch. der ältesten latein. Mönchsregeln,* München, 1906, p. 38; É. Bertaux, *L'art dans l'Italie mérid.,* Paris, 1904, p. 194, fig. 80 ; K. Neff, *Die Gedichte des Paulus Diaconus,* München, 1908, p. 150; *Rev. Bénéd.,* 1908, XXV, p. 99, 103 : A. Marignan, *Les fresques de S. Angelo in Formis* in *Moyen Age,* 1910, p. 19, 36 ; Traube, *Textgesch. d. Reg. S. Ben.* (zweite Aufl. herausg. von H. Plenkers) München, 1910, p. 38, 102 sq.; I. von Baldass, *Zur Initialornam. der süditalien. Nationalshrift* in *Anzeiger d. phil.-hist. Klasse d. kais. Akad. der Wissen. in Wien,* Wien, 1911, p. 2 ; J. A. Herbert, *Illuminated manusc.,* London, 1911, p. 163 ; M. Manitius, *Geschichte der Latein. Literatur des Mittelalters,* I, München, 1911, p. 263 ; C. Butler, *S. Benedicti Regula Monachorum,* Friburgi, Brisg., 1912, p. XIII sqq. ; Loew, *The Benev. Script,* p. 54, 69, 229, 245, 248, 298, 395 ; P. Toesca, *Storia dell'arte italiana,* Torino, p. 446 ; B. Linderbauer, *S. Benedicti Regula Monachorum,* Metten, 1922, p. 23. — Specimina scripturae in *M. G. H., Scriptor.* III, p. 222, tab. II ; *Pal. Cas. Long.,* tab. XXXIX ; *Pauli Warnefridi* etc. ; *Bibl. Casin.,* IV, tab. II ; *Regulae S. Benedicti traditio* etc., tab. I, 2 ; Albers, *Consuetudines monasticae,* III; Loew, *Script. Benev.,* tab. 39.

176 PP (ext. 176 et 267 ; int. 485).

Bartholomaei a S. Concordio O. Pr. Summa de casibus conscientiae.

Titulo praeeunte : *Incipit Summa de casibus anime Compilata per Fratrem Bartholomeum de pysis. ordinis predicatorum* inc. *Quoniam ut ait gregorius super Ezechielem nullum*

omnipotenti deo. Des. *ut dictum est. super Invidia.* § 11. *Explicit. Sit nomen domini Benedictum.* Sequitur (p. 291-328) tabula verborum seu capitum ordine alphabetico disposita: *Abbas in suo monasterio — Zelus. quid est. 1.* (de edit. Summae cf. HURTER, *Nom. Litt.,* 1906, II, 612).

Membr., mm. 315 × 240, pp. 328. Saec. XIV-XV, Gothico charactere, duplici columna descriptus, initiales litteras colore rubro ac caeruleo alterne depictas codex habet. Correctiones hic illic in marginibus occurrunt. Titulus recentior in summo margine p. 1 legitur: *Summa fratris Bartolomaei.* — Cf. MONTF., I, 223; CAR., I, 424. – Specimen scripturae in *Bibl. Casin.,* IV, tab. III.

177 R (ext. 177 et 307; int. 302).

Ven. Bedae Historia ecclesiastica.

Prologo (p. 1-3), absque titulo, praevio (M. 95, 21-4) legitur: (p. 3-51) lib. I; (p. 52-90) lib. II; (p. 92-142) lib. III; (p. 143-95) lib. IV; (p. 196-245) lib. V (M. ib., 23-290. Des. *ante faciem tuam. Amen*). Nonnullis omissis, singulos libros eadem fere capitula praecedunt quae in edit. singulis capitibus praeponuntur: Lib. I (p. 3-5) *I. De situ britannię vel hibernię et priscis earum incolis — LV. Ut edelfridh rex nordan hymbrorum, scottorum gentes pręlio conterens, ab anglorum finibus expulsus est;* lib. II (p. 52) *De obitu beati Gregorii pape I. — Ut occiso eduini* (sic), *paulinus cantiam rediens, rhovensis ecclesię presulatum acceperit. XX*; lib. III (p. 90-2) *I. Ut primi successores eduini regis, et sue gentis prodiderint et regnum. — XXX. Ut orientales saxones... ab errore correcti;* lib. IV (p. 142-3) *Ut defuncto deus dedit... missus. I. — XXXII. Ut alter... curatus;* lib. V (p. 195-6) *I. Ut odivald... sedaverit — [X]XVIII. Quot annos hec hystoria continet. et abbreviatio eiusdem. de vita et moribus Bede presbyteri. et quot libros scripserit* (cf. *Bibl. Casin.,* IV, p. 36-7 et cod. Casin. 181).

Membr., mm. 260 × 175, pp. 246. Littera Benev. saec. XII, lineis plenis descriptus est codex. Initiales litterae auro coloribusque exornantur. Tituli rubri. — Cf. MONTF., I, 217, 223; CAR., I, 284; BETH., XII, 500; POTTHAST, *Bibl. Hist. med. aevii,* 138. — Characterum specimen in *Bibl. Casin.,* IV, tab. III.

178 C (ext. 178 et 452; int. 297).

Excerpta ex S. Augustini scriptis in epis. S. Pauli.

Incipit excerptum bede (?) presb. de diversis opusculis s. augustini in epistolis s. pauli. Inc. *Paulus servus christi iesu vocatus apostolus... Ordo iste sequendus est, ut loquens de evangelio.* Des. cum sententia *Ex libro de civitate dei. XVI. Tit. XXXVII. Hic discimus in vescendo non cibi genere, sed aviditate immodesta quemquam culpandum.* Sunt sententiae ex omnibus s. Augustini operibus (Cf. C. Stornajolo, *Cod. Urb. lat.*, Romae, 1902, cod. 102, f. 233 et M. 47, 1199).

Membr., mm. 280 × 200, pp. 260. Littera Benev. integra pagina, saec. XI, diligenter exaratus codex in marginibus titulos praefert S. Augustini operum ex quibus sententiae sunt excerptae. Tituli minio sunt exarati et p. 1 littera initiali *P* eodem colore depicta ornatur. — Cf. Montf., I, 223; Car., I. 283; Loew, *The Benev. Script*, 345. — Exemplum scripturae in *Bibl. Casin.*, IV, tab. III.

179 G (ext. 179 et 431; int. 972).

Bedae Martyrologium; Homiliarum fragmenta; S. Benedicti Regula; Monumenta nonnulla ordinis monastici.

1 (p. 1-62). *In nomine sanctissimę et individue trinitatis. Incipit martyrologium. expositum a venerabile veda presbytero.* Inc. *Ian. Dies XXXI. Lun. XV. K. Ian. octaba domini et circumcisio secundum carnem et sancti basilii episcopi.* usque ad *II kl. ian. Depositio Sancti Silvestri. — menerbini. Simproniani.* (M. 94, 799-1148. Sunt excerpta ex Bedae martyrologio (Cf. D. H. Quentin, *Les martyr. histor. du moyen-âge*, Paris, 1908, p. 36). Necrologium (saec. XI-XIV) martyrologio insertum est (ed. ex parte in Gatt., *Acc.* II, p. 825-6).

2 Monumenta Ordinis monastici: [1] (p. 62). *Qualiter pronuntiandum sit ebdomadarius omni sabbato ad capitulu* (Albers, op. cit. in cod. 175, p. 174); [2] (p. 63). *Qualiter pronuntiandum sit secundum consuetudinem monasterii. In cena domini. et parascevę. Sabbato sancto et in resur-*

rectione domini (*Bibl. Casin.*, IV, p. 39); [3] (ib.) *Offertis infantibus* (GATT., op. et l. cit., ALBERS, op. cit., p. 185).

3 (p. 73-121, 64-72). Homiliarum ad Primam legendarum fragmenta I-XCII, praesertim ex s. Gregorio M. excerpta. Primum: *Incipit omelia ad legendum dominica de adventu domini. Dominus ac redemptor noster — pestilentię et fames* (M. 76, 1077. Ex com. I s. Gregorii M.) et ultimum: *De virgine. Ubi apte quoque generalis ad discipulos exortatio — set etiam quę defleantur augemus* (M. ib., 1121, n. 6 — 1122, lin. 10. Cf. *Bibl. Casin.*, ib., p. 40 et Codd. Cass. 47 et 334).

4 (p. 122-230) **S. Benedicti** regula (Conlata fuit lectio huius codicis pro edit. *Reg. S. Bened. traditio Codd. Cass.*, M. Cas., 1900).

5 (p. 231-60). Monumenta Ordinis monastici. [1] (p. 231-8) Capitula Aquisgranensia an. 817 (in ms. *Incipiunt capitula ludovichi imperatori cum ceteri.* Cf. cod. 175, p. 506); [2] (p. 238-46) *Incipit epistola Pauli Diaconi ad Carolum regem* (cf. cod. 175, p. 511); [3] (p. 246-60) *Item ordo qualiter agendum sit monachis in monasteriis constitutis et sub regula beati patris benedicti degentibus* (cf. cod. 175, p. 518). Notae nonnullae saec. XI-XII ad Monasterium S. Nicolai de Ciconia spectantes ex hoc cod. ed. GATT., op. et l. cit. et *Bibl. Casin.*, IV, p. 39-41.

Membr., mm. 240 × 180, pp. 260. Littera Lang.-Casin., pagina integra, saec. XI non una manu conscriptus. Litterae initiales rubro ac nigro colore rude depictae. Tituli rubri. Codex olim monasterii S. Nicolai de Ciconia erat. — Cf. MONTF., I, 223; CAR., I, 109, 112; II, 13, 44; BETH., XII, 500; *N. Ar.*, XXVII, 656; *J. Theol. Stud.*, 1910, n. 42, p. 462 sq.; *Reg. S. Bened. Traditio codd. Cass.*, p. XIV sq.; H. QUENTIN, op. cit., p. 36, 44; BUTLER, op. cit. in cod. 175, p. XV, 137; LOEW, *The Benev. Script*, 75, 346. — Scripturae specimina in *Bibl. Casin.*, IV, tab. IV; *Reg. S. Bened. Traditio* etc., tab. II.

180 G (ext. 180 et 323; int. 437).

Ven. Bedae Expositio in VII epistolas catholicas.

Praevio (p. 1-2) prologo (M. 93, 9-10) legitur Expositio in epis.: [1] (p. 2-44) Iacobi (M. ib., 9-42, lin. 9. Des. mutila cum verbis: *vel aliarum opera*); [2] (p. 45-76) I Petri (M. ib., 41-68); [3] (p. 77-98) II Petri

(M. ib., 67-86); [4] (p. 99-143) I Ioan. (M. ib., 85-120); [5] (p. 143-6) II Ioan. (M. ib., 119-22); [6] (146-9) III Ioan. (M. ib., 121-4); [7] (p. 149-58) Iudae (M. Ib., 123-30).

Membr., mm. 270 × 190, pp. 158. Littera Benev. saec. XI, pagina integra exaratus codex titulos rubros habet. Notae in marginibus recentioris manus occurrunt. — Cf. MONTF., I, 219, 223; CAR., I, 180; LOEW, *The Benev. Script,* 346. — Characterum specimen in *Bibl. Casin.,* IV, tab. V.

181 FF (ext. 181 et 281; int. 484).

Ven. Bedae Historia Ecclesiastica.

Prologo (p. 2-4) praeeunte (M. 95, 21-4) legitur: (p. 7-62) lib. I; (p. 63-109) lib. II; (p. 110-71) lib. III; (p. 173-238) lib. IV; (p. 239-305) lib. V (M. ib., 23-290). Singulis libris capitula sunt praefixa: Lib. I (p. 4-7) *I. De situ britannię vel hibernię. et priscis earum incolis — XLIIII. Ut edelfridh rex nordan ymbrorum scottorum gentes. pręlio contorens* (sic). *ab anglorum finibus expulsus est;* lib. II (p. 62-3) *I. De obitu beati gregorii papę — XXII. Ut occiso ęduini* (sic), *paulinus, cantiam rediens;* lib. III (p. 109-10) *I. Ut primi successores ęduini regis, et fidem suę gentis prodiderint et regnum. — XXVIIII. Ut orientales saxones... ab errore correcti;* lib. IV (p. 172-3) *I. Et defuncto deusdedit... missus. — XXXIIII. Ut alter... curatus;* lib. V (p. 238-9) [*I*]. *Ut oidilvad... sedaverit. — XXXVI. De vita et moribus bede presbyteri. et quot libros scripserit* (cf. *Bibl. Casin.,* IV, p. 43-4 et cod. Casin. 177). (p. 308) Notantur manu cuiusdam Ioannis monachi conscripta Monasterii S. Vincentii de Capua census et possessiones (*Bibl. Casin.,* IV, p. 44-5).

Membr., mm. 325 × 220, pp. 308. Littera Beneven. saec. XI, binis columnis codex est exaratus. Litterae initiales auro et coloribus sunt depictae et maiusculae viridi, rubro ac flavo colore distinctae. In p. 1 vacua relicta posterior manus titulum in formam crucis latinae conscripsit: *Incipit liber historiae | aecclesiasticae gentis anglorum* et in formam crucis graece duo monogrammata quae verba efformant *episcoporum*(?) *episcopus.* P. 306 et p. 307 vacuae, in qua altera labyrinthus quidam occurrit, qui circulis octo constat et in exteriori circulo verba profert: ✠ *Adsunt in fossa. Bede venerabilis ossa.* ✠, in illo vero inter.: *Beda.* — Cf. MONTF., I, 223; BETH., XII, 500; POTTHAST, *Bibl. hist. medii aevi,* 138; LOEW, *The Benev. Script,* 346. — Scripturae exemplum in *Bibl. Casin.,* IV, tab. V.

182 C (ext. 182 et 291; int. 295).

Ven. Bedae Expositio in evang. s. Marci; **S. Gregorii Pp.** hom. XL in evang.; **S. Hieronymi** epistolae nonnullae.

1 (p. 1-108). **Ven. Bedae** Expositionis in s. Marci Evang. lib. I-IV (M. 92, 133-295, lin. 32. Des. incompleta cum verbis: *que in petra est excisa*).

2 (p. 109-63). **S. Gregorii Pp.** hom. in evang. I-XX (M. 76, 1077-170).

3 (p. 165-89). ⟨**S. Hieronymi**⟩ epistolae nonnullae (M. 22). Hoc ordine in codice leguntur: 125, 10, 7, 9, 12, 2, 119, 140 (fragmentum quod inc. *[F]rater karissime cypriane. Scito prenoscens quia si scribatur*. M. ib., 1177, lin. 18), 48 (Des. incompleta: *set ipsorum*. M. ib., 506, lin. 5).

4 (p. 189-276) **S. Gregorii Pp.** hom. in evang. XXI-XL (M. 76, 1169-312. Des. cod. cum nota: *Expletum est hoc opus Deo gratias. Amen*).

Chart.. mm. 290 × 220, pp. 276. Codex plenis lineis charac. Gothico saec. XV non una manu est descriptus. Pluribus in locis spatia occurrunt ad initiales et maiusculas litteras excipiendas. In p. 276 altera manus scripsit: *In hoc libro continetur Evangelium Marci collatum cum evangelio luce declaratum quadam parva et testuali expositione. Et omelie gregorii pp.* — Cf. Montf., I, 223; Car., I, 367. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, IV, tab. V.

183 XX (ext. 183 et 488; int. 492).

Benecevennae Nursini Ars notariatus.

(p. 1) *In nomine dei omnipotentis amen. Incipit ars notarie composite a bencevene nursinus prohemium R. Ne contractuum ut memoriam depireret inventum est tabellionatus officium quo contractus et pacta ad cautelam presentium et memoriam futurorum iure legitimo notarentur. Et ideo ne scolares ut olim in ipsius officio vacillarent quedam pro ipsius artis documento. Primo de personis. Secundo de rebus. Tertio de inepta conceptione. Quarto de beneficiis. Quinto de testibus. Sexto de contractibus et pactis. Septimo de volunta-*

tibus ultimis. Octavo de iudiciis Ego benecevenne (*spoletanus*) *duxi breviter componenda.* [1] (p. 1-9) *Incipit prima pars huius libri. de iis ... in personam.* Inc. *Sciendum est igitur quod rationes personarum.* Des. *possunt facere reddere testimonium*; [2] (p. 9-19) *Incipit secunda de his que sunt inutilia ratione rerum.* Inc. *Inutilis erit stipulatio si quis rem.* Des. *ut in titulo sequenti notabitur evidenter*; [3] (p. 19-31) ⟨*Pars tertia*⟩ *de his que sunt inutilia vel vitiosa conceptionis inepte et aliorum.* Inc. *Ratione utique conceptionis inepte inutilia sunt.* Des. *in licteris dimissoriis et iudicium recusationibus*; [4] (p. 31-7) *Incipit quarta de beneficiis renunciandis.* Inc. *Pubes ad hoc ut restitutionem eorum.* Des. *pro quo solvere tenetur*; [5] (p. 37-41) *Incipit V de testibus.* Inc. *Ubi numerus testium a legibus non diffinitur.* Des. *nullo divino impetrato beneficio collocaverit*; [6] (p. 41-146) *Incipit VI de contractibus et pactis.* Inc. *In nomine domini amen. Anno eiusdem anni MCCXLIIII indictione tertia die V intrante mense octubre.* Des. *voluerit adere vel mutare*; [7] (p. 146-7) *Incipit VII de voluntatibus et primum de testamentis sine scriptis.* Inc. *Petrus quondam sempronii.* Des. *et apertius declaravit*; [8] (p. 148-55). ⟨*Pars VIII*⟩ *De ordine iudiciorum breviter est videndum primo cum precipitur alicui iuramentum ut aliquem citet.* Inc. *Et antequam scribatur praeceptum.* Des. *Sacerdotes quomodo... libellus in...* In marginibus glossae nonnullae occurrunt.

Membr., mm. 190 × 135, pp. 156. Charac. Gothico saec. XIII, pagina integra descriptus est codex. Tituli rubri; litterae initiales eodem colore sunt depictae. — Cf. MONTF., I, 223; CAR., I, 327; II, 216. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.,* IV, tab. V.

184 MM (ext. 184 et 161; int. 483).

S. **Bernardi Clarae-Vallen. abb.** opera complura; **S. Augustini, S. Bonaventurae, Boethii, Ciceronis** et aliorum opera.

1 S. Bernardi: [1] (p. 3-30). De consideratione ad Eugenium III lib. I-V (M. 182, 727-808. In ms. *Epistole beati Bernardi ad Eugenium*), praeposito (p. 2) altera manu conscripto epis. 238 compendio. *Amantissimo patri — qui auffert principum*

spiritum (M. ib., 427); [2] (p. 30-40). De diligendo Deo (M. ib., 973-1000).

2 (p. 40-9). ⟨**Hugonis de Folieto**⟩ liber de medicina animae (M. 176, 1183-202).

3 (p. 49-64). **Richardi de s. Victore** adnotatio in ps. XXVIII (M. 196, 285-322. In ms. *Liber beati Bernardi de conversatione monachorum*).

4 **S. Bernardi:** [1] (p. 64-71). De laude novae militiae ad milites Templi (M. 182, 921-40. In ms. *libellus Bernardi ad hugonem militem Templi*); [2] (p. 71-8). Apologia ad Guillelmum omissa praefatiuncula (M. ib., 898-918. In ms. *Apologeticus beati bernardi ad Villielmum Abbatem fratrum Cluniacensium*).

5 (p. 78-100). *Incipit prosa boetii de consolatione philosophye* (M. 63, 587-862). Nonnulla desiderantur in codice.

6 **S. Bernardi:** [1] (p. 101-16). De laudibus virginis Mariae hom. I-IV, praevia praefatione et addita excusatione in fine (M. 183, 55-88); [2] (p. 116-27). De gratia et libero arbitrio (M. 182, 1001-30); [3] (p. 127-39). De praecepto et dispensatione (M. 182, 859-94), praevia ep. ad abbatem Columbensem (*Flor. Casin.*, IV, p. 182-3 ex hoc cod.); [4] (p. 139-40). *Incipit dulce soliloquium beati Bernhardi Abbatis* (?) *Dulcis Iesu memoria* (*Flor. Casin.*, ib., p. 179-82 ex hoc cod.).

7 (p. 141-49). **Pseudo-Bernardi** Meditationes piissimae de cognitione humanae conditionis (M. 184, 485-508. Nullus est in cod. titulus). Subtexitur brevis descriptio Propitiatorii (*Bibl. Casin.*, IV, p. 57).

8 (p. 150-63). **S. Bernardi** De gradibus humilitatis et superbiae (M. 182, 941-72). Praemittuntur: Retractatio in tract. de gradibus humilitatis (M. ib., 939), praefatio et capitula (*Bibl. Casin.*, ib.).

9 (p. 163-84). **Guigonis Carth.** Tractatus ad fratres de Monte Dei (M. 184, 307-354. Titulus legitur in ms. *Incipit libellus ad fratres de monte dei hii sunt cartusienses*), praevia epistola quadam quae recentiorem inscriptionem exhibet: *B. ad fratres de monte dei* (*Flor. Casin.*, ib., p. 183 ex hoc cod.).

10 **M. T. Ciceronis:** [1] (p. 185-91). De senectute. Inc. dialogus acephalus: *Sepe numero admirari soleo* (Ed. C. F. W. Mueller, Lipsiae, p. 132-62. In ms. Titulus habetur *Tulius de amicitia*

quem alter recentior *de Senectute* sequitur); [2] (p. 191-201). De amicitia. Titulo omisso dialogus acephalus inc. *Caius fannius et q. mucius* (ed. cit., p. 164, 12-96); [3] (p. 201-5). Paradoxa (Absque titulo, et praefatione omissa inc. *Vereor ne cui vestrum* — ed. cit., p. 199-213).

11 (p. 207-39). **S. Bonaventurae** Breviloquium partes I-VII (S. Bonav. opp. ed. Ad Claras Aquas, 1891, tom V, p. 201-91). Subiiciuntur (p. 239) quaedam de vitiis (*Bibl. Casin.*, ib., p. 59).

12 (p. 240-68). **S. Augustini** Enchiridion ad Laurentium (M. 40, 231-90. Cf. divisionem et titulos capitum in *Bibl. Casin.*, ib., p. 59-60).

13 (p. 269-71). ⟨**Ioannis de Deo Hisp.** Tractatus de electione⟩ (*Flor. Casin.*, ib., p. 183-91 ex hoc cod.).

14 (p. 271-75). *Incipit tractatus super missam qui dicitur speculum ecclesie quem hugo de ordine predicatorum composuit.* Inc. *Dicit apostolus ad ephesios. VI. Induite vos.* Des. *et subsequitur hominem in bonis operibus. Explicit tractatus fratris Vugonis de Coma Cardinalis* (de edit. cf. *Histoire littéraire de la France*, tom. XIX, Paris, 1838, p. 48, et Hurter, *Nom. Liter.*, tom. II, 1906, col. 341-2).

15 (p. 276). Expositionis in Apocalypsim fragmentum. Absque titulo inc. *[D]ignus es domine aperire librum... Verba ista scriptura sunt.* Des. *scilicet. anagogicam. tropologicam. allegoricam.*

16 (p. 277-90). **Pauli de Hungaria O. Pr.** Summa de poenitentia (*Flor. Casin.*, ib., p. 191-214 ex hoc et cod. Cas. 799. In ms. nulla legitur inscriptio) quam nonnulla (p. 290-1) de confessione, poenitentia et alia sequuntur (*Flor. Casin.*, ib., p. 214-5). In forma breviori iam opusculum edid. R. Duellius, *Miscelleanorum liber I*, Augustae Vind. et Graecii, 1723, p. 60-83 qui ipsum Paulo canon. regul. in Fano s. Nicolai prope Pataviam attribuit).

17 (p. 292). Theologica quaedam (*Flor. Casin.*, ib., p. 216-8).

Membr., mm. 350 × 240 pp. 292. Codicem qui quattuor constat partibus, saec. XIV-XV, duplici columna, saltem septem librarii exararunt (I, p. 1-184; II, p. 185-205; III, p. 207-239: IV, p. 240-268; V, p. 269-276; VI, p. 277-291; VII, p. 292. — Nomen tertii librarii in p. 207, 239 bis legitur: *Iohannes scripsit — Iohannes scripsit qui benedicatur. Amen*). Tituli rubri. In p. 1 index operum quae codex continet legitur (*Bibl. Casin.*, IV, p. 55). Idem index, nunc abrasus, in p. 3 legebatur. Parva membrana paginae primae agglutinata est, in qua est mentio missionis Casinensium monachorum in Ca-

thaloniam pro reformatione monasterii Monserratensis a. 1443 (*Bibl. Casin.*, ib.). Altera manus in p. 205 notulam quamdam de numero aureo exaravit (*Bibl. Casin.*, ib., p. 58). Notae in marginibus saepe occurrunt. — Cf. MONTF., I, 223; CAR., I, 329. — Specimen characterum in *Bibl. Casin.*, IV, tab. VI.

185 *ZZ* (ext. 185 et 221).

Bernardi Papiensis Breviarium Extravagantium.

1 (p. 1-174). **Bernardi Papiensis** Breviarii Extravagantium lib. I-V (In ms. *Incipit breviarium Bernardi Papiensis prepositi*. Cf. edit. cit. in cod. 46 et conlationem cum ipsa in *Bibl. Casin.*, IV, p. 61-2; A. FRIEDBERG, *Quinque compilationes antiquae*, Lipsiae, 1882, p. 1-65). 2 (p. 174-8). Catalogus Summorum Pontificum usque ad Innocentium III (*Bibl. Casin.*, ib., p. 62-8). 3 (p. 179-80). Index titulorum Breviarii Bernardi: *De constitutionibus — De regulis iuris.* 4 (p. 181-236). Compilationis quartae lib. I-V (Cf. edit. supra cit. et conlationem in *Bibl. Casin.*, ib., p. 68-70; A. FRIEDBERG, op. cit., p. 135-50) cum glossa praesertim Ioannis Theutonici (cf. *Antiquae Collec. Decr. cum A. A. Epis. Herd. et Iac. Cujacii iuriscon. celeberrimi notis et emendationibus*, Parisiis, 1609; *Bibl. Casin.*, ib., p. 70). Glossa inc. *Fides enim simplicibus verbis est preponenda* et des. *magis rigide cum eo agitur. supra de falsariis. ad falsariorum.* Subicitur (p. 236) altera manu conscripta Decretalis quaedam Honorii III (CAR., II, 196; *Bibl. Casin.*, ib.).

Membr., mm. 335 × 225, pp. 236. Codicis pagg. 1-180 una, pagg. 181-236 altera manus, columnis binis, char. Gothico, saec. XIII descripsit. Litterae initiales colore rubro et caeruleo alterne sunt depictae, tituli rubri. Folia priora et postrema madore sunt corrupta. — Cf. MONTF., I, 223: CAR., I, 329; BETH., XII, 500; *N. Ar.*, XXVI, p. 322. — Specimen scripturae in *Bibl. Casin.*, IV, tab. VI.

186 K (ext. 186 et 494; int. 843).

Ernaldi Bonae-Vallis abb. Tractatus aliquot.

1 (p. 3-80) Tractatus de operibus sex dierum (M. 189, 1515-70. In ms. in quo multa desunt legitur titulus: *Liber notabilis de operibus sex dierum* |||||||| *a beato Bernardo compositus*), cuius praefatio p. 120-3 legitur (edit. inter opuscula vulgo adscripta

S. Caecilio Cypriano. Cf. edit. I. Felli, Amstelodami, 1700, p. 93-4). 2 (p. 80-112) Tractatus de septem verbis Domini in cruce (M. ib., 1681-97, lin. 11. Des. incompletus: *fundatamque caritatem* et inc. absque ullo titulo) cuius praefatio p. 1-3 legitur (M. ib., 1677-80). 3 (p. 113-20) De laudibus b. Mariae virg. (M. ib., 1727, lin. 2 — 1734. Titulo et initio deficientibus, inc. cum verbis: *condonat. Magnum est quidem*). Subiciuntur duo breves sermones: [1] (p. 124) Inc. *Animadverto quod vir dei sit sanctus iste.* Des. *quoniam advesperascit etc.* (de s. Benedicto?); [2] (ib.) Inc. *Percussus sum sicut locusta. non tamen est excussus sed intrusus et percussus.* Des. *non moritur amplius, resurrexit etc.*

Membr., mm. 185 × 110, pp. 124 (hoc ordine dispositae: 1-16, 97-106, 109-10, 107-8, 111-2, 17-96, 113-24). Char. Carol.-Gothico saec. XIII, lineis plenis descriptus codex litteras initiales minio depictas habet. Tituli rubri. P. 124 altera manus exaravit. — Cf. MONTF., I, 223; CAR., I, 309. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, IV, tab. VI.

187 F (ext. 187 et 449; int. 834).

Anticimenon; Quaestiones in V et N Test.; s. Hieronymi Comment. in Isaiam.

1 (p. 2-169). Anticimenon lib. I-III (Cf. ed. *Anticimenon* auctoris incerti a H. Sachsio, apud s. Coloniam, 1533, et cod. Casin. 30, p. 237. Tribuitur Bertario abb. Casin. et Iuliano Toletano epis. Cf. *Bibl. Casin.*, IV, p. 72-5, et M. MANITIUS, *Gesch. der Latein. Liter. des Mittelalters,* I, München, 1911, p. 132. Nonnulla ex hoc cod. edita sunt in *Bibl. Casin.,* ib., p. 75-9). Praecedunt (p. 1) Anticimenon versus littera Benev. saec. XI conscripti: *Bertharius christi iutus iuvamine sanctus* (*Bibl. Casin.*, ib., p. 72).

2 (p. 169-215). ⟨Quaestiones in V et N Testam.⟩. Inc. *Item questionem veteris testamenti. IN. Si totam terram aqua tegebat non erat locus ubi aque congregarentur.* Des. *Omnia autem illa operatur unus adque idem spiritus.* Sunt excerpta ex Patrum scriptis et concordant ex parte cum Wicbodi Lib. Quaestionum (M. 96, 1101) et Eucherii Instructionum lib. (M. 50, 773).

3 (p. 215-32). *Super Esaia. Liber I.* Inc. *Visio quam vidit esaias... Pro iuda in quo significantur due tribus LXX et theodotio*

posuere iudęam. Des. *Cuius terram flumina id est diversi reges depopulati sunt.* Sunt excerpta ex Hier. Comment. in Isaiam (M. 24, 21 — 184, lin. 4).

4 (p. 234). *De Participio* (Ed. CAR., II, 26 ex hoc cod.).

Membr., mm 255 × 170, pp. 234. Littera Benev.-Casin. saec. IX, pagina integra exaratus. P. 234 altera manus eiusdem vero aevi exaravit. In p. 1 titulus manu saec. XIV scriptus: *liber anticimenon et de questionibus veteris et novi testamenti* legitur et alter saec. XVI: *Liber Anticimenon beati Bertharii martyris, abb. casin. de questionibus veteris et novi testamenti.* Haec nota: *habens quaternos XIIII. et dimidium et I. folium* et quaedam alia nullius momenti in eadem pag. leguntur. In pag. 233 alba relicta duo animalia atramento sunt delineata. — Cf. A. WION, *Lignum Vitae,* Venetiis, 1595, p. I, p. 15: DE NUCE, op. cit. in cod. 101, p. 170; MABILLION, *Iter. Ital.,* I, p. 123; MONTF., I, 215, 218-23; GROSSI, op. cit. in cod. 175, p. 176; BLUME, *Iter. Ital.,* V, p. 80; CAR., I, 42; II, 26; *Bibl. Casin.,* I, p. VI; TOSTI, I, 309 sqq.; M. G. H., *Poet. lat. aevii Car.,* III, p. 391; RODOLICO, *Genesi e svolg. della scritt. Long.-Cass.,* in *Arch. Stor. Ital.,* XXVII, 1901, p. 324, LOEW, *The Benev. Script,* 111, 143, 145, 176, 178-9, 185, 188-9, 191, 200, 210, 222, 242, 283, 289, 295, 305-6, 308, 346. — Specimina scripturae in *Pal. Casin. Long.,* tab. XXXVIII; *Bibl. Casin.,* IV, tab. VII; LOEW, *Script. Benev.,* tab. 21.

188 VV (ext. 188 et 400; int. 578).

Boethii opera nonnulla cum **Gilberti Porretae** commentariis.

1 (p. 1-77) Quomodo Trinitas unus Deus ac non tres dii (M. 64, 1247-300) omisso Gilberti monito in libros Boethii. **2** (p. 77-92) Utrum Pater et Filius ac Spiritus Sanctus de divinitate substantialiter praedicentur (M. ib., 1299-310). **3** (p. 92-125) Quomodo substantiae in eo quod sint, bonae sint, cum non sint substantialia bona (M. ib., 1311-334). **4** (p. 125-240) De persona et duabus naturis (M. ib., 1337-412. In ms. titulus recentioris manus legitur: *Anitii Manlii Severini Boethi De duabus naturis et una persona Christi adversus Eutychen et Nestorium.* Aliorum operum tituli desiderantur). Additur: alterius manus, et nullo praeposito titulo: (p. 240) Brevis expositio in ps. 102, v. 2.

Noli oblivisci omnes retributiones eius (CAR., II, 253-6; *Bibl. Casin.*, IV, p. 80-1 ex hoc cod.)

Membr., mm. 240 × 180, pp. 240. Saec. XIII, Gothico charactere, duplici columna, nitide descriptus est codex. Spatia ad litteras initiales pingendas vacua relicta. Litterae maiusculae minio exaratae. — Cf. MONTF., I, 219, 223; CAR., I, 327. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, IV, tab. VII.

189 V (ext. 189 et 392; int. 480).

Boethii, Gerberti, Ven. Bedae opuscula et quaedam alia.

1 (p. 1-132). **Boethii** De Arithmetica lib. I-II (M. 63, 1079-166). Series capitulorum libros praecedit.

2 (p. 132-44). **Gerberti** De numerorum divisione (Titulus desideratur in ms. M. 139, 85-90, cap. XV et *Flor. Casin.*, IV, p. 219-22: *Si autem per eundem centenum — sequestrentur lineis.* Cf. BUBNOV, *Gerberti opp. mathematica*).

3 (p. 145-6). Duae figurae Rotae fortunae cum nonnullis versibus (*Bibl. Casin.*, IV, p. 83. Cf. et BETH., XII, 501; REIFF., II, 353).

4 (p. 147). Versus (litterae init., mediae et finales verba componunt: *Vivas in aevum amen.* Ed. REIFF., ib.; *Bibl. Casin.*, ib.).

5 (p. 147-51) Excerpta ex S. Isidori Ethymol. lib. I-III (lib. I, c. I-II, V; lib. II, c. I, c. XXII, 1; lib. III, c. I, IV, XV-XVIII, X; lib. II, c. XXIV, XXVIII. Ed. in *Flor. Casin.*, ib., p. 222-3 ex hoc cod. sub. titulo: De artibus liberalibus).

6 (p. 150-4). **Ven. Bedae** De temporum ratione cap. I (M. 90, 295-98. Des. *prefigere sciunt*) cum figuris.

Membr., mm. 230 × 160, pp. 256. Littera Benev. saec. XI, plenis lineis, codex nonnullas figuras in p. 146, 147, 150 eleganti manu delineatas exhibet. In margine inf. p. 154 haec occurrit notula: *Arithmetica Severini Boetii ad usum D. Ambrosii de Urbe die VII Maggii 1568* et in p. 155 altera: *In die S. Thomae Apostoli Ego D. Ambrosius professus sum anno 1589. Regnante Pio Quinto.* Quaedam alia nullius momenti in eadem leguntur pagina. P. 156 vacua. — Cf. MONTF., I, 220, 223; CAR., I, 282; REIFF. II, 352; BETH., XII, 501; LOEW, *The Benev. Script*, 346. — Characterum exemplum in *Bibl. Casin.*, IV, tab. VII.

190 VV (ext. 190 et 473; int. 931).

Petri Latronis Grammatica; Commentarii in eandem Gramm.; **Boethii** De consolatione philosophiae.

1 (p. 1-100). **Petri Latronis** Grammatica versibus exarata: Inc. *Littera composite minima est pars simplaque vocis. littera sit scriptum proprie set non elementum.* Des. *Spernit spondeus si vult mihi credere quintum. Trocheus caudam conservat sicut in audax.* Praemittitur (p. 1-4) Prologus: *Passim et varie multa de arte et ad artem grammaticam antiquitus scripta reperimus quorum confusionem in eadem que per se satis evidens plana et docibilis est.* qui des. versibus: *Vos precor o socii quibus hec dictamina scripsi — Plurima nam metrum me ponere falso coegit* (*Bibl. Casin.*, IV, 84), quem index sexdecim grammaticae librorum sequitur: *Primus liber de littera et sillaba breviter — Sextus decimus de versificatoria arte* (ib.). Nomen auctoris huius grammaticae — Petri Latronis — legitur in Comment. eiusdem grammaticae, qui in fine codicis (p. 235-45) habetur. Plures occurrunt glossae interlineares et nonnullae marginales.

2 (p. 101-207). **Boethii** De consolatione philosophiae lib. I-V (M. 63, 581-862). Pluribus in foliis exstant glossae interlineares et notulae marginales saec. XIV desumptae ex Seneca, Aristotili, Virgilio, Florentino, Dante aliisque scriptoribus, versus nonnulli et quaedam vocabula italica.

3 (p. 209-34). Commentarius in Grammaticam. Inc. *In principio cuiusque artis videndum est quid sit ars extrinseca et quid sit ars intrinseca.* Des. *nam plura ea sunt sinonima idest plura idem significantia et plura polionima idest unum plura significans.*

4 (p. 235-45). Commentarius in Petri Latronis grammaticam. Inc. *In principio huius libri ista breviter extrinsecus sunt prelibanda... Intentio auctoris in hoc opere est artem grammaticam diffuse et incompendiose a prisciano aliisque tractatam metrice describendo ad compendium breviter reducere... Titulus talis est: Incipit liber petri latronis... de arte grammatica et versificatoria... Passim. quantum ad diversos auctores. et varie quantum ad diversum modum tractandi confusionem quorum scriptorum... in eadem arte quoniam ars satis est evidens per se*

plana et docibilis. Des. *Tractavit de desinentibus in a habentibus 1. ana. secundum tres formas eorum scilicet in cia. tia. monia. Nunc tractat de desinentibus in a conson. precedent.* Commentarius complectitur libros I-III tantum Grammaticae.

Membr., mm. 225 × 150, pp. 246. Codex quem, saec. XIII-XIV, quattuor descripserunt librarii (I, p. 1-100; II, p. 101-207: III, p. 209-34; IV, p. 235-45) duobus constat fasciculis, quorum prior, plenis lineis, p. 1-208, alter, duplici columna, reliquas paginas complectitur. Tituli et litt. initiales primae partis (p. 1-100) minio exarata. Pp. 208, 246 albae. — Cf. MONTF., I, 218, 223; CAR., I, 330. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, IV, tab. VIII.

191 NN (ext. 191 et 369; int. 184 et 440).

Lectiones evangeliorum; Boethii opera.

1. Lectiones evangelii proprii de tempore et sanctorum, quas orationes sequuntur: [1] (p. 1-2) Dom. I Adventus. Seq. s. ev. s. Marc. *De die autem illa et hora;* [2] (p. 2-4) Dom. II. Seq. s. ev. s. Luc. *Convocavit iohannes duos de discipulis suis;* [3] (p. 4-5) Dom. III. Initium s. ev. s. Marc. *Sicut scriptum est in esaia propheta. Ecce mitto angelum meum;* [4] (p. 5-7) Dom. IIII. Seq. s. ev. s. Luc. *Dicebat iohannes ad turbas quę exhibant ut baptizarentur ab ipso;* [5] (p. 7-8) In festo s. Thomae ap. Seq. s. ev. s. Ioan. *Thomas autem unus ex duodecim qui dicitur didimus;* [6] (p. 8-12) Initium s. ev. s. Matt. *Liber generationis iesu christi:* [7] (p. 12-3) In festo s. Stephani. Seq. s. ev. s. Luc. *Accesserunt ad iesum quidam phariseorum;* [8] (p. 13-5) In festo s. Ioannis ev. Seq. s. ev. s. Ioan. *Dixit iesus petro. sequere me:* [9] (p. 15-6) In festo Innocentium. Seq. s. ev. s. Matt. *Angelus domini apparuit in somnis ioseph;* [10] (p. 16-7) In oct. ⟨Natalis Domini⟩ Seq. s. ev. s. Luc. *Cum consumati essent dies octo;* [11] (p. 17) Dom. I p. Nat. Dom. Seq. s. ev. s. Ioan. *Iohannes testimonium perhibet de iesu... hic erat quem dixi vobis;* [12] (p. 17-9) In Epiph. Seq. s. ev. s. Marc. *Fuit iohannes in deserto baptizans;* [13] (p. 19-20) Dom. I p. Epiph. Seq. s. ev. s. Matt. *Venit iesus in patriam suam;* [14] (p. 20-1) In oct. Epiph. Seq. s. ev. s. Ioan. *Vidit iohannes iesum ad se venientem;* [15] (p. 21-3) Dom. II p. Epiph. Seq. s. ev. s. Ioan. *Venit iesus et discipuli eius in iudeam terram;* [16] (p. 23-4) Dom. III p. Epiph. Seq. s. ev. s. Marc. *Egressus iesus inde abiit in patriam*

suam; [17] (p. 24-6) Dom. IIII p. Epiph. Seq. s. ev. s. Luc. *Cum complesset iesus omnia verba sua in aures plebis;* [18] (p. 26-8) Dom. V p. Epiph. Seq. s. ev. s. Marc. *Cum sero esset factum dixit iesus ad discipulos suos;* [19] (p. 28-9) Dom. VI p. Epiph. Seq. s. ev. s. Matt. *Dimissis iesus turbis venit in domum;* [20] (p. 29-31) In purificatione s. Mariae. Seq. s. ev. s. Luc. *Erant ioseph et maria mater iesu a///mirantes;* [21] (p. 31-3) Dom. Septuagesimae. Seq. s. ev. s. Matt. *Venit iesus in fines iudeę trans iordanem;* [22] (p. 33-5) Dom. Sexagesimae. Seq. s. ev. s. Matt. *Exiens iesus de domo, sedebat secus mare;* [23] (p. 35-6) Dom. Quinquagesimae. Seq. s. ev. s. Marc. *Proficiente iesu de hiericho et discipuli eius;* [24] (p. 36-8) Dom. caput Quadr. Seq. s. ev. s. Luc. *Iesus plenus spiritu sancto regressus est ab iordane;* [25] (p. 38-40) Dom. II. Seq. s. ev. s. Luc. *Vere sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem;* [26] (p. 40-2) Dom. III. Seq. s. ev. s. Matt. *Oblatus est iesu homo demonium habens;* [27] (p. 42-4) Dom. IIII. Seq. s. ev. s. Marc. *Exiens iesus de navi vidit turbam multam;* [28] (p. 44-6) Dom. V. Seq. s. ev. s. Ioan. *Dicebat iesus ad eos qui crediderunt ei iudeos;* [29] (p. 46-8) Dom. in Palmis. Seq. s. ev. s. Ioan. *Turba multa que venerat ad diem festum;* [30] (p. 48-9) Dom. oct. Paschae. Seq. s. ev. s. Ioan. *Cum sero esset die illo;* [31] (p. 49-50) Dom. I p. oct. Paschae. Seq. s. ev. s. Ioan. *Amen amen dico vobis, qui non intrat per hostium;* [32] (p. 50-1) Dom. II. Seq. s. ev. s. Ioan. *Respondit iesus et dixit discipulis suis. Modo creditis;* [33] (p. 51-3) Dom. III. Seq. s. ev. s. Ioan. *Iesus autem clamavit et dixit. qui credit in me;* [34] (p. 53-4) Dom. IIII. Seq. s. ev. s. Marc. *Cum vespera facta esset. ęgrediebatur iesus;* [35] (p. 54-5) Dom. I p. Ascens. Seq. s. ev. s. Ioan. *Si manseritis in me. et verba mea in vobis manserint;* [36] (p. 55-6) In Ascens. Domini. Seq. s. ev. s. Luc. *Ego mittam promissum patris mei in vos*, [37] (p. 56) Dom. Pentec. Seq. s. ev. s. Ioan. *In novissimo die magno festivitatis;* [38] (p. 56-8) Dom. oct. Pentec. Seq. s. ev. s. Ioan. *Sic enim dilexit deus mundum*, [39] (p. 58-9) Dom. I p. oct. Pentec. Seq. s. ev. s. Matt. *Nolite solliciti esse in crastinum;* [40] (p. 59) *In festis sanctorum a pascha usque in octavam pentecostes leguntur iste* (*sic*) *duo evangelia.* Seq. in s. ev. s. Ioan. *Ego sum vitis vera* et *Ego sum vitis et vos palmites;* [41] (p. 59-61) In festo ss. Philippi et Iacobi app. Seq. s. ev. s. Ioan. *Non turbetur cor vestrum;* [42] (p. 61) *Inventio s. ✠ evangelium Require in virg. Simile est re-*

gnum cęlorum thesauro; [43] (p. 61-3) *In sancti angeli.* Seq. s. ev. s. Marc. *Interrogabant iesus discipuli eius quis esset illorum maior;* [44] (p. 64-5) Dom. II. p. oct. Pentec. Seq. s. ev. s. Luc. *Factum est in una dierum. et iesus ascendit in naviculam;* [45] (p. 65-6) Dom. III. Seq. s. ev. s. Luc. *Vidit iesus publicanum nomine levi;* [46] (p. 66-8) Dom. IIII. Seq. s. ev. s. Matt. *Simile est regnum cęlorum homini regi, qui fecit nuptias;* [47] (p. 68-70) In nat. s. Ioan. Bap. Seq. s. ev. s. Luc. *Dixit zacharias ad angelum. unde hoc sciam;* [48] (p. 70-1) In nat. ss. Petri et Pauli app. Seq. s. ev. s. Luc. *Vos estis qui permansistis mecum in temptationibus meis;* [49] (p. 71-3) In festo s. Pauli ap. Seq. s. ev. s. Marc. *Filioli. quam difficile est confidentes in pecuniis;* [50] (p. 73-4) Dom. I p. nat. app. Seq. s. ev. s. Matt. *Audistis quia dictum est diliges proximum tuum;* [51] (p. 74-5) Dom. II. Seq. s. ev. s. Matt. *Misereor turbę quia triduo iam perseverant mecum;* [52] (p. 75-7) Dom. III. Seq. s. ev. s. Luc. *Ibat iesus per civitates et castella docens;* [53] (p. 77-9) Dom. IIII. Seq. s. ev. s. Luc. *Impossibile est ut non veniant scandala;* [54] (p. 79-80) Dom. V. Seq. s. ev. s. Marc. *Cum egressus esset iesus in viam;* [55] (p. 81-2) Dom. VI. Seq. s. ev. s. Luc. *Dicebat iesus ad invitatos parabolam. intendens quomodo primos accubitos eligerent;* [56] (p. 82 4) In Transf. Domini Seq. s. ev. s. Marc. *Assumpsit iesus petrum. et iacobum. et iohannem;* [57] (p. 84-6) In nat. s. Laurentii. Seq. s. ev. s. Marc. *Si quis vult me sequi;* .[58] (p. 86-7) Dom. I p. nat. s. Laurenti. Seq. s. ev. s. Marc. *Venit iesus in domum simonis et andreę;* [59] (p. 87-9) In Assump. B. Mariae Virg. Seq. s. ev. s. Luc. *Exurgens maria, /// abiit in montana;* [60] (p. 89-90) Dom. ///II. Seq. s. ev. s. Matt. *Venit iesus secus mare galileę;* [61] (p. 90-3) Dom. III. Seq. s. ev. s. Luc. *Ait ad iesum quidam de turba;* [62] (p. 93-5) In decoll. s. Ioannis Bap. Seq. s. ev. s. Matt. *Audivit herodes tetrarcha famam /// iesu;* [63] (p. 95) Dom. IIII. Seq. s. ev. s. Luc. *Ibat iesus in civitatem quę vocatur naim. et ibant cum illo* (evangelii lectio a verbis: *et ibant cum illo* usque in finem et oratio in margine altera manu sunt conscriptae); [64] (p. 95-7) Dom. V. Seq. s. ev. s. Luc. *Dicebat iesus ei qui se invitaverat;* [65] (p. 97-8) Dom. V ///. Seq. s. ev. s. Matt. *Revertens iesus in civitatem esuriit;* [66] (p. 98-100) Dom. VI. Seq. s. ev. s. Luc. *Accesserunt ad iesum quidam sadduceorum;* [67] (p. 101-2) *Dom. I. post s. angeli.* Seq. s. ev. s. Marc. *Intravit iesus capharnaum, et auditum est quod in domo esset;* [68] (p. 102-3) Dom. II. Seq. s. ev. s. Luc.

Dixit iesus discipulis suis. si peccaverit frater tuus; [69] (p. 103-5) Dom. III. Seq. s. ev. s. Luc. *Miserunt pharisęi insidiatores qui se iustos simularent,* [70] (p. 105-8) Dom. IIII. Seq. s. ev. s. Luc. *Venit ad iesum vir cui nomen iairus;* [71] (p. 108-9) Dom. V. Seq. s. ev. s. Matt. *Dimissis iesus turbis venit in domum;* [72] (p. 109-11) In fest. Omnium Sanctorum. Seq. s. ev. s. Luc. *Descendens iesus de monte stetit in loco campestri;* [73] (p. 111-2) Dom. VI. Seq. s. ev. s. Marc. *Cum introisset iesus templum;* [74] (p. 112-5) *Dom. I. post s. martini.* Seq. s. ev. s. Marc. *Cum egrederetur iesus de templo;* [75] (p. 115-8) Dom. II. Seq. s. ev. s. Marc. *Cum autem videritis abominationem desolationes stantem;* [76] (p. 118-9) Dom. III. Seq. s. ev. s. Luc. *Cum autem videritis circumdari ab exercitu ||| ierusalem;* (p. 119-21) In nat. s. Andreae ap. Seq. s. ev. s. Marc. *Venit iesus in galileam predicans evangelium;* (p. 121-5) In Epyphania. Seq. s. ev. s. Luc. *Factum est autem cum baptizaretur omnis populus,* oratione in fine deficiente; (p. 126-7) ⟨In festo s. Nicolai⟩. Seq. s. ev. s. Luc. *Sint lumbi vestri precinti.*

2. Boethii opera: [1] (p. 129-68) De differentiis topicis lib. I-IV (M. 64, 1173-216) indice praeposito nonnullorum Boethii operum (*Bibl. Casin.*, IV, p. 87); [2] (p. 168-84) Liber de divisione (M. ib., 875-92); [3] (p. 185-200) De syllogismo categorico liber II (M. ib., 809-32), praeposito in summo paginae (p. 183) circulo delineato cum variis rotis et inscriptionibus (*Bibl. Casin.*, ib., p. 88).

Membr., mm. 290 × 180, pp. 200. Volumen duobus constat codicibus (I, p. 1-128, sign. num. int. 184; II, p. 129-200, sign. num. int. 440). Codex primus littera Lang-Casin., plenis lineis tempore Desiderii abb. (1058-87) diligenter scriptus, initiales litteras auro et coloribus, manu non satis perita depictas praebet. Litterae initiales quae in principio evangelii lectionum habentur, symbola quattuor evangelistarum exhibent. Maiusculae coloribus distinctae. Codex hic aliquandiu monasterii S. Nicolai de Ciconia erat. Nonnulla ad hoc monasterium spectantia in pp. 110, 114, 121, 125-8 leguntur (*Bibl. Casin.,* IV, p. 86-7; D. M. Inguanez, *Cataloghi dei cod. di prepositure e chiese Cassin. nei sec. XI-XV* in *Gli Archivi Ital.,* 1916, III, p. 8). Codicis secundi pp. 129-40 littera Carolina, pp. 141-200 littera Benev. saec. XI, binis columnis sunt descriptae. — Cf. Montf., I, 218, 223; Car., I, 109, 112; II, 96; Reiff., II, 351; Becker, *Cat. Bibl. antiqui,* n. 61; Gottlieb, *Ueber mittelalt. Bibl.,* n. 657; S. Beissel, *Enstehung der Perikopen des Römischen Messbuches,* Freiburg in Breisgau, 1907, p. 147, 154, 170; Loew, *The Benev. Script,* 75, 214, 216, 346. — Specimina characterum in *Bibl. Casin.*. IV, tab. VIII.

192 H (ext. 192 et 305; int. 82).

Bovanni Pusini (?) Sermones in psalmos.

Pars I (p. 1-119). Inc. [I] *Beatus vir qui non abiit... Psalmus iste agens de beato viro — eis nullatenus resistendo.* Des. *De edificatione ecclesie.* XCVII. *Benigne fac in bona... Petit propheta benignitatis habundantiam — benigne fac domine in bona voluntate tua.* Pars II (p. 119-218). Inc. *Exprobratio peccatoris.* [I]. *Quid gloriaris in malitia... In hoc loco quattuor reprehenduntur — dissipentur et pereant.* Des. *De innocentia et partibus eius. LXXXXI. Nom proponebam ante oculos... In hoc loco propheta partes innocentie — demonum deceptiones in initio suggestionis.* Pars III (p. 218-319). Inc. *De misero hominis statu. I. Defecerunt sicut fumus — .... Dies vite presentis sunt sicut fumus — de hac mea super omnes.* Des. *Ad laudibus domini. XCII. Omnis spiritus laudet... Qualiter autem debeat laudari — in manus tuas comendo spiritum meum. Pars prima continet sermones* XCVII. *Pars secunda* XCI. *Pars vero tertia* XCII. *Summa sermonum super psalterium* CCLXXX. *Qui scripsit scribat. semper cum domino vivat.* Initium ac finem singulorum sermonum qui et in cod. Casin. 388 leguntur inveniens in *Bibl. Casin.* (IV, 89-99).

Membr., mm. 250 × 175, pp. 320. *In anno MCCXXXV mense aprilis indiccione VIII Bovannus pusinus scripsit hunc librum* uti in subscriptione (p. 319) legitur. Pp. 16-84 altera descripsit manus. Codex binis columnis, charac. Gothico exaratus titulos minio depictos habet. In p. 320 alba relicta manus recentior quaedam sententia moralia descripsit (ed. Car., II, 213). — Cf. Montf., I, 218, 223; Car., I, 330; II, 212. — Exemplum scripturae in *Bibl. Casin.*, IV, tab. IX.

193 N (ext. 193 et 335).

Breviarium romanum Fratrum minorum.

1 (p. 1-25). Kalendarium et index astronomicus (*Flor. Casin.*, IV, p. 224-47) quem praecedit: *Canon super kalendarium magistri petri de datia de primatoribus lune* (ib.). Sequuntur (p. 26) *Canon super tabulam festorum mobilium; regula ad inven. litt. domin. et bissextiles* (pro an. 1332); *regula ad inven. num. aureum* (pro an. 1332 — ib.) quibus subicitur

(p. 27) manu recentiori Tabula Paschalis ab an. 1337 usque ad an. 1402. **2** (p. 29-129). Psalterium cum invitatoriis, hymnis, antiphonis, versiculis, canticis, litaniis sanctorum et decem orationibus. Inc. *Invitatoria subscripta dicuntur singula... Venite exultemus.* Des. *Omnipotens sempiterne Deus qui vivorum... Sequitur benedictio. Exaudiat nos omnipotens et misericors dominus. R. Amen.* **3** (p. 130-521). Proprium de tempore a Dom. I Adv. usque ad Dom. XXIV post Pent. (in ms. *In nomine domini nostri iesu christi. Incipit ordo breviarii secundum consuetudinem fratrum minorum. vel Romane curie*). Inc. *In primo sabbato de adventu domini. Ad vesperas. Capitulum. Fratres: scientes quia hora est.* Des. *verba autem mea non transient dicit dominus.* **4** (p. 521-73). Lectiones Script. occurr. a Dom. kl. Augusti usque ad Dom. IIII Novembris incip. a Parabolis Salomonis. Des. cum prophetia Malachiae: *aut si susceperit faciem tuam dicit dominus exercituum.* **5** (p. 573-7). Rubricae generales: *Adventus domini celebratur.* **6** (p. 577-8). Ordo ad benedicendam mensam. per totum annum: Inc. *Congregatis fratribus.* Des. *Oculi omnium etc.* **7** (p. 579-1020). Proprium sanctorum. Inc. a festo s. Saturnini cum oratione: *Deus qui nos beati saturnini martyris tui.* Des. cum lectione in festo s. Catherinae: *a christi karitate ipsam separare potuerunt nulla prospera vel adversa.* **8** (p. 1021-93). Commune sanctorum. Inc. *In nataliciis apostolorum. Ad vesperas. Capitulum. Fratres: iam non estis hospites.* Des. cum capitulo ad Nonam Communis nec virginis nec martyris: *Laudabit usque ad mortem... deus noster.* **9** (p. 1093-100). Officium b. Mariae V. per diversa anni tempora. Inc. cum rubrica: *Notandum quod officium.* Des. cum antiphona: *Regina celi letare.* **10** (p. 1100-6). Officium defunctorum. Inc. *Placebo domino.* Des. cum rubrica: *Nullo alio tempore dicitur in laudibus defunctorum.* **11** (p. 1106-8). Officium de octava Nativitatis Domini. Inc. cum rubrica: *In illo die quo non agitur.* Des. cum sermone s. Augustini: *me matrem dimisit intactam.* **12** (p. 1108-19). Ordo: [1] ad communicandum infirmum; [2] ad unguendum infirmum; [3] commendationis animae. Inc. cum rubrica: *In primis pulsetur campana.* Des. cum oratione: *Tibi domine commendamus... absterge. Per christum. R. Amen;* [4] sepeliendi. Inc. cum rubr. *Tunc fratres quibus*

preceptum fuerit lavent. Des. cum orat. *Tibi domine commendamus.*

Membr., mm. 250 × 180, pp. 1120. Codex saec. XIV (an. 1332 uti videtur) Gothico char., binis columnis nitide exscriptus est. Litterae initiales, quarum nonnullae abscissae sunt, auro foliis sanctorumque imaginibus, maiusculae caeruleis et rubris lineis alterne exornantur. Tituli rubri. Pp. 29, 130 auro et foliis decorantur. Pp. 28, 1120 vacuae. — Cf. UBALDUS A S. EUSTACHIO, *De Dei Benedictione,* Mediolani, 1695, t. 236, n. 432; MONTF., I, 218, 223; CAR., I, 362. — Scripturae exemplum in *Bibl. Casin.,* IV, tab. IX.

194 HH (ext. 194 et 296; int. 335).

S. Brunonis Astensis et Abb. Casin. homiliae et alia.

1 (p. 1-376) S. Brunonis Astensis homiliae hoc ordine dispositae: [1-8] (p. 1-23) 123-30 (M. vol. 165); [9-10] (p. 23-7) 132-3; [11] (p. 27-30) 131; [12] (p. 30-3) 134 (a verbis: *Ecce vitis vocatur christus ad separari potuerunt* apud M. MARCHESIUM, *S. Brunonis Astensis opera,* Venetiis, 1651, tom. II, p. 126-7, col. a, lin. 37; quae sequuntur: *Insuper et ipse dominus in eis erat — tristitia esse non possit* in M. 165, 866-8 ex hoc cod. edita invenies); [13] (p. 33-5) In nat. plur. mm. Hom. in evang. s. Matt. *Cum audieritis prelia* (edit. CUM-DII, p. 1061-2 sub nomine Eusebii epis. Emisseni et M. MARCHESIUS, ib., p. 127, col. a, lin. 37 — col. b, tamquam partem hom. 134); [14-18] (p. 35-48) 135-9; [19-20] (p. 48-54) 141-2; [21] (p. 54-9) In dedic. ecclesiae. Hom. in evang. s. Luc. *Ingressus iesus perambulabat iericho* (ed. M MARCHESIUS, ib., p. 134-6); [22] (p. 59-63) Dom. I de Adv. Hom. in ev. s. Luc. *Erunt signa in sole* (ed. M. MARCHESIUS, ib., p. 2-3); [23-32] (p. 63-90) 3-12; [33] (p. 90-2) *S. iohannis.* Hom. in ev. s. Ioan. *Dixit iesus petro sequere me* (ed. M. MARCHESIUS, ib., p. 13. Des. *quia verum est testimonium eius*); [34] (p. 92-5) 14 (Des. *bonam spem habere non possunt*); [35] (p. 95-7) Dom. I p. nat. Dom. Hom. in ev. s. Luc. *Erant pater eius et mater mirantes* (ed. M. MARCHESIUS, ib., p. 14-5); [36] (p. 97-100) In oct. nat. Dom. Hom. in ev. s. Luc. *Postquam consummati sunt* (ed. M. MARCHESIUS, ib., 15-6); [37] (p. 100-3) 16 (Inc. *Non vacat a mysterio.* Des. *in patriam te reducit*); [38] (p. 103-6) Dom. I p. Epiph. Hom. in ev. s. Luc. *Cum factus esset iesus* (ed. M. MARCHESIUS, ib., p. 17-8); [39] (p. 106-10) 18 (Inc. *Has autem nuptias*); [40] (p. 110-4) Dom. III p. Epiph. Hom. in ev. s. Matt. *Cum descendisset iesus* (Pars prima:

Cum inquit descendisset iesus — et anima deo reddat est hom. 19. Quae sequuntur : *ut iam non mundi voluptatibus — contemplanda volare dimittat* et sequitur. *Cum autem introisset capharnaum... Qualiter autem centurio — in illa hora* ex eiusdem s. Bruni Comment. in Matt., cap. XXIV-XXV excerpta sunt. M. ib, 137, lin. 7 ab imo — 138, lin. 22 ab imo et 139, lin. 8 ab imo — 142, lin. 6. In ms. des. *in illa hora. Inter dicere et facere christi nulla distantia est. Ipse enim dixit et facta sunt. ipse mandavit et creata sunt. Probavit centurio fidem suam probavit et virtutem iesu. Dixerat enim. Domine dic verbo et sanabitur puer meus. Et dominus ad eum dixit verbo. Vade inquit et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora*) ; [41] (p. 114-6) Dom. IIII p. Epiph. Hom. in ev. s. Luc. *Regresus est iesus* (pars prima : *Predicaverat enim dominus iesus — pauperibus dominus predicat* ex s. Brunonis Comment. in Lucam, c. XV excerpta est, M. ib., 369, lin. 18-730, lin. 7 ab imo ; pars altera : *de qua cum interrogaret quid esset — cunctis fidelibus preparantur* apud M. Marchesium, ib., p. 20, col. a, lin. 12 ab imo — col. b. legitur ut pars hom. praecedentis. Inter primam et alteram partem et haec in cod. habentur : *Illis enim medicina danda est qui sanari possunt. Divites autem quia avari sunt. quanto tempore hoc morbo laborant sanari non possunt. Unde et dominus ait. facilius est camelus per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum celorum. Hoc autem significabat illa amphora in qua impietas clausa erat. de qua ne egredi potuisset, massa plumbea os amphore claudebatur. Qua in re datur intelligi. quam difficile sit de ventre avaritię hominem avarum vel trahi vel separari posse. Narrat enim zacharias propheta se vidisse amphoram egredientem*) ; [42-44] (p. 117-25) Dom. IV p. Epiph. In Purif. s. Mariae. Dom. in Septuag. (edit. M. Marchesius, ib., p. 20-23) ; [45-57] (p. 125-65) 23-35 ; [58] (p. 165-67) 36 (Inc. *Quid est enim sedere super cathedram moysi.* Des. *et exaltat humiles*) ; (p. 167) Fer. IIII (p. Dom. II Quadr.) *Lectio sancti evangelii secundum matheum. In illo tempore. Ascendens iesus... Require in dominica in quinquagesima;* [59] (p. 167-70) 37 (Inc. *Hec enim verba et divitibus.* Des. *et ipsi decipiantur et similia patiantur*) ; [60] (p. 170-2) 38 (Des. *tenere non poterant*) ; [61] (p. 172-6) 39 ; [62] (p. 176-80) Dom. III Quadr. Hom. in ev. s. Luc. *Erat iesus eiciens demonium* (ed. M. Marchesius, ib., p. 40-1) [63] (p. 180-2) 41 ; [64] (p. 182-4) 42 (Des. *septuagies septies. De hoc autem in levitico sufficienter diximus*) ; [65-66] (p. 184-9) 43-4 ; [67] (p. 189-93) 45 (Inc. *Hoc*

enim est illud predium [68] (p. 193-5) 46; [69] (p. 195-8) Dom. IIII Quadr. Hom. in ev. s. Ioan. *Abiit iesus trans mare galilee* (ed. M. MARCHESIUS, ib., p. 47-8); [70-72] (p. 198-205) 48-50; [73] (p. 205-6) 51 (Inc. *Hęc enim vidua*); [74] (p. 206-10) 52 (Des. *an eum accusando dixerint. dubitari potest*); [75] (p. 210-3) 53; [76] (p. 213-6) Dom. V Quadr. Hom. in ev. s. Ioan. *Dicebat iesus turbis... Quis ex vobis arguet me* (ed. M. MARCHESIUS, ib., p. 53-54); [77-83] (p. 216-31) 55-61; [84] (p. 231-44) 62 (Des. *et nullo modo sic positum furari potuisset*); [85] (p. 244-6) 63 (Des. *audire cupiebant*); [86-94] (p. 246-67) 64-72; [95] (p. 267-9) Fer. VI p. Dom. Paschae. Hom. in ev. s. Matt. *Undecim discipuli* (ed. M. MARCHESIUS, ib., p. 73-74); [96-99] (p. 269-78) 74-7; [100-101] (p. 278-83) Dom. III, IIII p. Dom. Paschae. Hom. in ev. s. Ioan. *Vado ad eum* et *Si quid petieritis* (ed. M. MARCHESIUS, ib., p. 77-9); [102-106] (p. 283-95) 80-4; [107] (p. 295-7) 85 (Des. *necessarium non esset*); [108] (p. 297-300) 86 (Inc. *Dominus et salvatur noster paulo superius*). Legitur (p. 300) nota: *In octava pentecostes. Require retro in sancte crucis. secundum iohannem. In illo tempore. Erat homo ex phariseis nomine nichodemus.* [109] (p. 300-2); [110] (p. 302-5) Dom. II p. Pent. Hom. in ev. s. Luc. *Cum turbe irruerent* (ed. M. MARCHESIUS, ib., p. 86-7); [111] (p. 305-6) 89; [112] (p. 306-8) 90 (Des. *convivii epulas intrabit*); [113] (p. 308-11) In nat. S. Ioannis Bap. Hom. in ev. s. Luc. *Elisabeth impletum est* (ed. M. MARCHESIUS, ib., p. 89-90); [114] (p. 311) 92; [115] (p. 311-4) 93 (Inc. *Interrogat discipulos suos quam opinionem de eo homines habeant*); [116] (p. 314-8) Dom. I p. nat. App. Hom. in ev. s. Matt. *Amen dico vobis. nisi abundaverit iustitia vestra* (ed. M. MARCHESIUS, ib., p. 91-2); [117-118] (p. 318-21) 95-95*; [119] (p. 321-3) Dom. IIII. Hom. in ev. s. Luc. *Homo quidam erat dives* (ed. M. MARCHESIUS, ib., p. 94); [120-122] (p. 323-30) 97-9; [123] (p. 330-2) Dom. VIII. Hom. in ev. s. Luc. *Dum iret iesus in ierusalem* (ed. M. MARCHESIUS, ib., p. 97-8); [124] (p. 332-4) 101 (Inc. *Modo enim salvator noster superius*). Sequitur (p. 334) nota: *Dominica X. Secundum lucam. Require fer. V in dominica IIII de quadragesima. In illo tempore ibat iesus in civitatem que vocatur naim;* [124-126] (p. 334-40) 102-4; [127] (p. 340-2) 105 (Inc. *In illo inquit die*); [128] (p. 342-4) 106; [129] (344-6) 107 (Inc. *Iste rex ipse est qui hec loquitur*); [130-131] (p. 346-50) Dom. XVII et XVIII. Hom. in ev. s. Matt. *Abeuntes pharisei et Domine filia mea modo defuncta est* (ed. M. MARCHESIUS, ib., p. 104-5); [132-133] (p. 350-3) 110-1; [134] (p. 353-7) Dom. XXI. Hom. in ev. s. Matt. *Cum videritis*

abominationem (ed. M. MARCHESIUS, ib., p. 107-8); [135] (p. 357-9) 113; [136] (p. 359-61) 114 (inc. *Tunc enim deus pater*); [137] (p. 361-3) 115 (Des. *ad regna celestia transferamur. Qui cum patre... seculorum. Amen*); [138] (p. 363-5) In nat. s. Laurentii. Hom. in ev. s. Ioan. *Nisi granum frumenti* (ed. M. MARCHESIUS, ib., p. 111); [139] (p. 365-7) 117; [140] (p. 367-8) 118 (Des. *et venientes nuntiaverunt iesum*); [141] (p. 368-70) In nat. s. Mariae. Hom. in ev. s. Matt. *Liber generationis iesu christi.* Est hom. 119 ex Comm. eiusdem s. Brunonis in Matt. deprompta (Inc. *Quare beatus matheus evangelista.* Des. *non procedit. Christi autem generatio... habens de spiritu sancto.* M. ib., 71-3, lin. 8 ab imo); [142] (p. 370-1) 120 [143] (p. 371-4) In Vig. s. Andreae. Hom. in ev. s. Ioan. *Stabat ioannes* (ed. M. MARCHESIUS, ib., p. 114-5); [144] (p. 374-6) 122.

2 Adduntur, nullo praeposito titulo: [1] (p. 377-8) Hymnus neumis instructus in Assumpt. B. Mariae Virg. (*Bibl. Casin.*, IV, p. 108-9 ex hoc cod. et DREVES, 23, 73); [2] (p. 379-80) Litaniae Sanctorum, Orationes pro patre et matre et missa s. Mariae Magd. (Cf. *Bibl. Casin.*, ib., p. 109).

Membr., mm. 300 × 210, pp. 380. Littera Lang.-Casin. saec. XI-XII, binis columnis codex est descriptus. Paginas 379-80 altera recentior manus scripsit. P. 380 super abrasam membranam est exarata. Litterae initiales coloribus rudi manu sunt depictae. — Cf. MONTF., I, 218, 223; CAR., I. 309; LOEW, *The Benev. Script*, 346. — Specimen scripturae in *Bibl. Casin.*, IV, tab. IX.

195 F (ext. 195 et 306; int. 823).

S. **Brunonis Astensis et Abb. Casin.** opera nonnulla.

1 (p. 1-139) Expositio in Leviticum (M. 164, 377-464), praefatione omissa. 2 (p. 141-212) Expositio in Numeros (M. ib., 463-506). 3 (p. 212-84) Expositio in Deuteronomium (M. ib., 505-50). In cod., qui pro edit. cit. Expositionis in Leviticum conlatus fuit, nulla capitum distinctio habetur.

Membr., mm. 260 × 200, pp. 284. Littera Lang.-Casin., plenis lineis, saec. XI-XII exaratus. Fragmentum membranae littera cursiva romana (curial. Raven.) saec. VI conscriptum paginis 139-40 assutum est. In p. 284 calami probationes et haec alia manus recentioris leguntur: *De studio ac sollicitudiae.... ecclesiam nostram sancti petri de lacu sitam in territorio Valvensi tibi duxi-*

mus commictendam. ad bene tractandam et meliorandam. Sublata est potestate alienandi. vendendi. seu modo quolibet distraendi. de novo infeudandi..... — Cf. A. Wion, op. cit. in cod. 187, p. 20 ; Montf., I, 219, 223 ; Car., I, 282 ; Loew, *The Benev. Script,* 314, 346. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.,* IV, tab. IX.

196 LL (ext. 196 et 317 ; int. 830).

S. Brunonis Astensis et Abb. Casin. opera nonnulla.

1 Sententiarum : (p. 1-26) lib. I (M. 165, 875-902) postposita (p. 26-9) hom. 143 (M. ib., 860-3) ; (p. 29-70) lib. II (M. ib., 903-42) ; (p. 70-100) lib. III (M. ib., 943-74) ; (p. 100-37) lib. IV (M. ib., 973-1020) in quo desiderantur capp. VII, sermo 1 ; X, 1 ; XI ; XII, 1 ; XIII, 1 ; (p. 137-45) lib. V (M. ib., 1021-32), capite I omisso. Quae sequuntur capp. hoc ordine sunt disposita : capp. II, IV, III, V ; (p. 145-88) lib. VI (M. ib., 1031-78) in quo, capp. ordine seq. sunt ordinata : III, 1-4, sermone postposito De Martyribus (*Bibl. Casin.,* IV, p. 114) ; I, 1-5 ; II, 1-6, inserta (p. 173-6) inter sermones 2 et 3 hom. 140 (M. ib., 853-7) ; III, 5. Libris I-V series capitulorum praeponitur, quae fere semper cum illis quae in edit. leguntur concordant. **2** (p. 188-90) Commentarius in Gen. VI, 3-4 (*Flor. Casin.,* IV, p. 248-9 ex hoc cod.). **3** (p. 190-4) De sacrificio azymo (M. ib., 1085-90. In ms. *Argumuntum de sacrificio azymo.* Inc. *Hortaris sepius karissime*). **4** (p. 194-9) De incarnatione Domini et eius sepultura (M. ib., 1079-84. In ms., omisso titulo, hoc modo tractatus dividitur : *Incipit prologus. Verbum dei — in sepulchro iacuisse* — M. ib., 1079, lin. 1-8 — *Sermo prosequens. Homo a deo — corruit ingrederetur.* — M. ib., 1079, lin. 9 — 1082, lin. 8 ab imo — *Revera. His ita apte — obdormire se dixit* — M. ib., lin. 8 ab imo — 1083, lin. 30. *de requie sepulture. De sepulture requie — eterno igne cremabuntur. Quot oras fuerit in descensione et ascensione. Expeditis quibus auctoribus — tu nos satias* — M. ib., 1083, lin. 31 — 1084).

Membr., mm. 270 × 180, pp. 200 (p. 1-196, 199-200, 197-198). Saec. XII integra pagina, littera Lang.-Casin. descriptus codex titulos rubros exhibet. Litterae initiales colore rubro, flavo ac caeruleo, maiusculae rubro flavoque colore sunt distinctae. — A. Wion, op. cit, in cod. 187, p. 20 ; Montf., I, 219, 223 ; Car., I, 284 ; Beth., XII, 501 ; B. Gigalski, *Bruno, Bischof*

von Segni, Abt von Monte-Cassino — Sein Leben und seine Schriften, Münster, 1898, p. 124; Loew, *The Benev. Script,* p. 346. — Characterum exemplum in *Bibl. Casin.,* IV, tab. X.

197 E (ext. 197 et 353; int. 945). Glossa in S. Pauli epis.

Praecedunt: [1] (p. 1-4) *Breviarium epistolarum apostoli Pauli sicut leguntur in ecclesia nostra quas per paragraphos notavimus ut quesite citius inveniantur in locis suis*; [2] (p. 4-5) Excerpta ex ven. Beda, s. Gregorio et Iosepho (*Bibl. Casin.,* IV, p. 116); [3] (p. 5-6) *Versus s. Damasi de apostolo Paulo* (M. 13, 379-81). Glossa in epis.: **1** (p. 11-60) Ad Romanos (inc. *Paulus ebrayce, quietus grece modicus latine*). Praeponuntur: [1] (p. 6-9) ⟨Rabani Mauri⟩ argumentum in epis. s. Pauli apos. (M. 111, 1275-8); [2] (p. 9-11) *Incipit prephatio in epis. ad Romanos* (M. 153, 13-4 inter Brunonis Carth. opp. Inc. *Romani qui et iudei*); **2** (p. 60-105) Ad Hebr. praefatione praemissa: *In primis* (M. 114, 643); **3** (p. 105-65) Ad Corin. I; **4** (p. 165-201) Ad Corin. II cum praefatione: *Post actam penitentiam* (M. ib., 551); **5** (201-19) Ad Galatas, praefatione praeposita: *Galathe sunt greci* (M. ib., 569); **6** (p. 219-39) Ad Ephesios praevia praefatione: *Ephesii sunt asiani* (*Flor. Casin.,* I, 290); **7** (p. 239-51) Ad Philipp. praefatione praefixa: *Philippenses sunt macedones* (M. 114, 601); **8** (p. 561-62) Ad Thessal. I cum praefatione: *Thessalonicenses sunt macedones* (M. ib., 615); **9** (p. 262-9) Ad Thessal. II, praefatione praeposita: *Ad Thessalonicenses secundam* (*Flor. Casin.,* ib., 290); **10** (p. 269-78) Ad Colossenses, praevia praefatione: *Colossenses et hii* (*Flor. Casin.,* ib., p. 290). Codex qui cum cod. III Plutei I Bibl. S. Crucis Florentiae concordat et in quo nonnulla desiderantur (cf. *Bibl. Lauren.,* IV, col. 332-3) mutilus desinit: *viscera misericordiae affectum pietatis.*

Chart. et memb. (quilibet quaternio chartaceus folio involvitur membranaceo) mm. 200 × 140, pp. 278, charactere Gothico saec. XIV, plenis lineis exaratus. Pp. 121-4 super abrasam membranam sunt conscriptae. — Cf. Montf., I, 219; Car., I, 364. — Specimen scripturae in *Bibl. Casin.,* IV, tab. X.

198 N (ext. 198 et 427; int. 1055).

Ordo Casinensis divinorum officiorum; Sermo de conceptione b. Mariae virg.

1 (p. I-IV) *In conceptione sancte marie. scripta ab abate Elsino* (inter opp. spuria S. Anselmi Cant. M. 159, 323-6: Mirac. de concep. S. Mariae et M. ib., 320, lin. 22 — 321, lin. 9 ab imo: Sermo de conceptione B. Mariae. In cod. Miraculum et Sermo in unum conflantur et in VIII lectiones dividuntur. Inc. *Lectio I. Eo tempore quo guilielmus — concedatur. Qui cum patre et sancto spiritu... Amen. Lectio VII. Rursum hec festivitas.* Des. *et celebrandum predicavit*). **2** Ordo divinorum officiorum Casinensis ecclesiae (p. 1-109). *Incipit breviarium sive ordo officiorum per totam anni decursionem. In primis sabbato ante adventum domini canantur ad vesperas antiphone de psalmista. Regnum tuum.* Habetur Ordo divinorum officiorum proprii de tempore et sanctorum a primo sabb. de Adventu usque ad festum S. Andreae ap. (p. 109-14) Ordo communis sanctorum i. e. apost., unius marty., plurimorum marty., confess. pontificum, confess. non sacerdotum, virginum et dedicationis ecclesiae (p. 114-6). *Item officium in honorem Sancte trinitatis* (p. 116-8). *Item officium defunctorum* (p. 118-9). *In vig. S. Marie* (Multa ex hoc cod. edita sunt in *Bibl. Casin.*, IV, p. 118-22).

Membr., mm. 235 × 160, pp. I-IV, 1-120. Codex saec. XII-XIII, pagina integra, litt. Lang.-Casin. ad usum ecclesiae Casinensis exaratus, fuit aliquamdiu monasterii S. Mariae de Albaneto, uti ex nota saec. XIII quae in p. 1, 118 legitur: *Liber s. Marie de Albaneto* eruitur. Pp. I-IV ex alio codice huic adglutinatae litt. Benev., saec. XII, duplici columna sunt descriptae. Fere totus codex super abrasam scripturam Benev. saec. XI est exaratus. In p. 117 nomina septem dormientium et in p. 120 hymnus *Te decet laus* notis musicis instructus manu recentiori conscripta leguntur (*Bibl. Casin.*. IV, p. 122). — Cf. Gatt., *Hist.*, II, 532; Montf., I, 223; Car., I, 310; Loew, *The Benev. Script*, 75, 346. — Scripturae specimen in *Bibl. Casin.*, IV, tab. X.

199 E (ext. 199; int. 960).

Breviarium monasticum Casinense, Chronicae diversae et alia.

Codex iste abhinc multis annis deperditus (cf. *N. A.*, XII, p. 501; *Bibl. Casin.*, IV, p. 123) ex P. Friderici monaci Casinensis (saec. XVIII) schedis, fuse in *Bibl. Casin.* (ib., p. 123-34) describitur.

Membr., littera Benev. saec. XII-XIII (cf. *Bibl. Casin.*, ib.).

200 V (ext. 200 et 394; int. 661).

Constantini Africani et Ioannis Saraceni Particula IX libri secundi Pantegni.

Titulus, char. gothico saec XIII conscriptus (p. 1) seriem capitulorum praecedit: *libri pantengi. habens. CX. cap. XL. et tres translata per constantinum cetera per quendam saracenum.* Sequitur (p. 1-8) capitulorum series: [*I*] *In primis de manuali operatione et eius divisione* — [*XLII*] *De vulnere facto in ventre unde intestina exeunt hunc usque translata sunt per costantinum hunc in antea per quedam sarracenum.* [*XLIV*] *De vulnere unde zirbum exit* — *De dissolutione cum ruptura et vulnera* [*CIX*]. Series capp. translationis Constantini capitula 42 (non vero 43) complectitur, altera Ioannis 66 (non 67) sed in textu codicis sunt capitula 67. Praeponitur (p. 8-175) Ioannis translationi, super abrasam membranam, charactere gothico scripta, nota haec: *Huc usque cap. principii none particule Cirurgia dicitur translatam a costantino. Huic in antea fons eiusdem particule translate a quodam sarraceno.* Inc. *De vulnere unde zirbum exiit. cap. XLVIIII. Si vulnus in ventrem fuerit unde zirbum et intestinum exeat et vulnus apostema fecerit et in circuitu tumuerit.* Des. *possint reintegrari et vulnerata sanari. Explicit nona particula de libro secundo pantegni* (Cf. Constantini opp. ed. Basileae 1539 apud Henricum Petri. Cf. et cod. n. 898 in V. Rose, *Verzeichniss der Latein. Handschr. der Königl. Bibl. zu Berlin*, II, 3, Berlin, 1905, p. 1061 sq. In hoc codice qui perperam tamquam Constantini autographus a quibusdam habetur, nihil huius auctoris legitur praeter capitulorum 1-42 seriem de qua supra). Subnectuntur quaedam prae-

cepta medica: [1] (p. 175-7) *De panariciis que inter unguas fiunt.* Inc. *Aliquando in unguum circuitu.* Des. *ne unguis qui renovatur tortus egrediatur et asper.* [2] (p. 177-8) *Unguentum basilicon magnum.* Inc. *Confert vulneribus in quibus.* Des. *quantum sufficit.* [3] (p. 178) *Unguentum basilicon minus.* Inc. *R. resine picis.* Des. *lividum malum quia moratur.* [4] (p. 179) *Almansor. libro VII capitulo de hiis que exitura rumpuntur ita quod oportet ferrum adhibere. Mellis anacardi et picis — et usui reservetur.* [5] (ib.) *Ad provocandum sopnum. R. claram ovi bene ducta — et somnum provocat.*

Membr., mm. 235 × 160, pp. 180. Littera Carol.-Gothica saec. XII, lineis plenis, rudi manu exaratus. Litterae initiales et tituli minio conscripta. Pag. 179 manus altera descripsit. P. 180 alba. In marg. infer. p. 1, titulus, manu saec. XVI conscriptus, legitur: *trattatus cheirigia Costantini africani monachi Casinensis.* — Cf. Montf., I, 223; G. Grossi, *La scuola e la bibliografia cassinese,* Napoli, 1820, p. 80; De Renzi, *Storia documentata della Scuola Medica di Salerno,* Napoli, 1857, p. 58 sq., 222; Id., *Collectio Salernitana,* I, Napoli, 1852, p. 171 (ubi cap. LVII Pantegni — *De apostematibus in vulva* — ex hoc cod. edidit), F. Puccinotti, *Storia della medicina,* II, Livorno, 1855, p. 294, 351-2; Car., I, 284; Beth., XII, 501. — Specimina scriptura in De Renzi, *Storia* etc., p. 59; *Bibl. Casin.,* IV, tab. XI; *Pal. Casin. Lat.,* tab. LX.